



UNITED STATES
DEPARTMENT OF AGRICULTURE
LIBRARY



Book number 422
L64
cop. 2, v. 1

J. C. Crawford

Linnæus
CAROLI LINNÆI

ENTOMOLOGIA,

FAUNÆ SUEVICÆ DESCRIPTIONIBUS

AUCTA;

DD. SCOPOLI, GEOFFROY, DE GEER, FABRICII;
SCHRANK, &c. speciebus vel in Systemate non enume-
ratis, vel nuperrime detectis, vel speciebus Gallicæ
Australis locupletata, generum specierumque rariorum
iconibus ornata;

Curante & augente CAROLO DE VILLERS, Acad.
Lugd. Massil. Villa-Fr. Rhotom. necnon Geometriæ
Regio Professore.

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI,

Sumptibus PIESTRE ET DELAMOLLIÈRE.

1789.

17
1789
C.1
f. 1 SCHNEB

PRÆLOQUIUM.

*Philosophia virtutis principium expultrixque vitiorum
Naturæ operum indagatio.*

BACON.

IN variis vitæ tempestatibus solatium semper præ se fert Creatoris operum inquisitio. Observatori ubique natura arridet; descendens in solitudines nunquam solitarius & in regionibus cuivis fastidiosus jucunde detinetur. Arbor naturalis universum orbem terrarum ramis amplectitur; quocumque circumfert oculos sagax investigator, inde erumpunt coloni, animalia ubique, plantarum etiam ultra limites reperiuntur: Perfectibilitate homo primus, quis ultimum assignabit. Regnum animale naturæ amantes antiquius præcipue non occupaverat, Zoologiaque, præsertim ea pars *Entomologia* vocata, indigesta adhuc erat, quum, anno 1738, *Systema Naturæ* in lucem edidit immortalis *Linnaeus*. Licet prima hæc editio methodi potius sit delineatio, quam methodus ubicumque gentium effusa, omnes

E. U. S. MARCO

tamen qui de re naturali antea scripserant vel ipsos Botanicos longe antecessit. Sexuali methodo vegetativa feliciter ordinavit; animalia characteribus propriis conjunxit vel separavit; in regno minerali etiam nova lux affulsit; sic quidquid aerem, aquas terramque habitat in mente *Plinii recentioris* tunc erat dispositum. Infelix diu, sed quis Musarum alumnus infortunio non fuit mactatus?

In vanum reclamant methodorum Antagonistæ, in vanum Naturam methodice non agere objiciunt; non sine jure rident *Linnaeani*. Entis Supremi consilia, licet incomprehensibilia, semita certa perficiuntur. Invariabilis lex creans, invariabilis lex conservans: principia elementaria, qualiacumque sint, minime fortuito uniuntur visque universa eodem modo commovet, incendit & aggregat. A priori incognita, sola experientia demonstrari potest; sed in experimentis quot allucinantur. Quam ante immortalem *Newtonem* suspicati fuerant nonnulli, eam vim celeberrimus *Anglus* experientia & probationibus mathematicis demonstravit. Recentioribus observationibus confirmata fuit. Regnat in cœlo, regnat in terris, imperat ubique,

P R Æ L O Q U I U M. v

dubium legitimum non jam permiffum. Conftans falium cryftallifatio, famofæ numeroſioresque Chymicorum affinitates, calcium metallicarum revivificatio, germinum invariabilis explicatio &, ut fécudentur, utriusque ſexus in duobus naturæ regnis commixtus, legem entium confervatricem alte proclamant. Naturæ instrumentum tempus, nos ut umbra tranſimus. Ante oculos projiciuntur effectus, cauſa latec forſanque in æternum latebit. Pernitioſa & infatiabili famæ cupiditate, his quæſtionibus *cur, quomodo* hodie ſæpius audaces respondent; ſyſtemata congerunt, filii abortivi ante patrem extinguntur; quidquid enim experientia conſtanti fulcitur, hoc ſolum benevole excipient Poſteri.

A Recentiorum hypothefibus, Syſtema *Linnæi* quantum diſſimile! nihil aliud eſt quam omnium Naturæ operum diſpoſitio & ordinatio, in claſſes, ordines, genera, ſpecies varietateſque; *nifi enim in ordines redigantur ſubſtantiæ naturales & veluti in caſtrorum acies diſtribuantur, tumultu & fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt.* (Cæſalpinus.) Auxiliante methodo, mineralia, plantæ animaliaque incognita ſtatim

determinantur, at sola descriptione, non sine improbo labore dignosci possunt. Quadrupedum Musæi Regalis historia voluptuose perlegitur; descriptionum tamen ope tarde nominaretur quadrupes; eas enim perlegere, icones pervolutare necessarium, ut animali incognito imponatur nomen quod, dentium inspectione, positione, numero & forma, fere subito assignaretur. Attamen plantis insectisque quadrupedes longe minus numerosi. Quantum tempus consumendum ut, absente methodo, vegetabile insectumque cum descriptione comparentur. Systema *Linnaei* illustrant & methodus & descriptio: familia cognita, aliæ rejiciuntur familiæ; generis determinatione, genera fugiunt alia. Tunc ordo genus dilucidat descriptioque speciem manifestat. Nonnulla individua, fateor, a generibus præstitutis aliquando recedere videntur, certæ species aberrant, quid mirum! omnes species ordinare, nominare, describere fere incredibile videtur, opus tamen & inchoavit & adumbravit & perfecit *Linnaeus*.

In regno minerali non minus versatus erat præstantissimus Vir, licet in hac parte multo minus celebretur. *Salium*, inquit, *metamorphosin*, etiamnum *occlusam Lithologis serio*

commendo, quæ si æque aperta fuerit ac hodie terrarum janua, nova lux affulgebit lapidum genesi Crystallos lapidosas, quod salibus dudum subjeci, ob rationes datas & pluribus dein confirmatas adeoque non mutandas, a variis reprehensus fui; sed vix ab aliis, quam qui ignorant quid distent Silices a Calce; & alibi.

Primus, anno 1736, lapides in methodum systematicam disposui, constituendo GENERA fixa characteribus definita, quæ omnia non omnibus invisa fuisse, ex scriptis successorum intellexi, quamvis nonnulli meis humeris insistentes, circumspexere altius, quædam mutando addendoque non sine supercilio. Legendo præfationem System. Naturæ, Systema ipsum penitus perscrutando, antiquarum novitatum origo detegitur; rivi tamen fontem non amplius agnoverunt.

Error & veritas perpetuo peregrinantur; sed veritas cordi est paucis, decipit enim frons prima multos. Quod de incomparabili Newtonæ scripsit elegantissimus Astronomiæ Historicus, ad illos omnes mundi præceptores probe applicari potest: operum detractores argumenta non librant: D. Maskelinii experientiæ, celeberrimæ Academiae

Regalis Vicariorum relatio, Acad. Lugd. Monsp. que sententia nec magnetifantium nec diversæ radiorum refrangibilitati nec attractioni refragatorum errorem abstulerunt. *Corpora curari possunt, animarum nulla medicina est.* Cic.

Systema Sexuale fere ab omnibus Botanicis acceptum fuit, methodusque in regionibus Borealibus nata orbis terrarum Botanicam feliciter ordinavit; in generibus enim plantarum condendis regulas arcte constrinxit, characteres a solo flore desumendos strenue asseveravit. Nuperrime *Systema Sexuale*, ipsis Antagonistarum objectionibus, confirmavit celeb. D. Gouan. Entomologia Linn. vicem eandem non subivit. Nonnullis placuit *Systema* Tarforum instrumentorumque Cibariorum. Sex tantum sectiones admisit D. Geoff. nam, sub nomine *Tetrapterorum alis nudis*, Neuroptera & Hymenoptera *Systematis* ordinavit; aculei tamen defectu, unio minime naturalis videtur. In octo classes infecta divisit D. Fab. *Eleuterata*, *Ulonata*, *Synistata*, *Agonata*, *Unogata*, *Glossata*, *Rhyngota*, *Antliata*, Apterorumque classem a Natura indicatam rejecit. Hymenoptera & Neuroptera cum Apteris miscuit, Libel-

lulas cum Julis, Scolopendris, Acaris, Araneis; cætera Hymenoptera Neuropteraque cum Monoculis, Oniscis, Poduris indistincte ordinavit. In novi *Systematis* bonum, ni fallor, minime cedit singularis hæc aggregatio.

Immortali *Linnæo* objectat clarif. *Fabric.* quod characteres generum undequaque collegerit. *Perspexit perbene summus vir hunc Systematis defectum ideoque rarius nova genera condidit & magis habitui quam characteri confidit.* Si characteres e partibus oris quorum insectorum facile eruuntur, quis in minoribus & in minimis, sine improbo labore, etiam ad lentem eos agnoscet? Quædam genera *Linn.* Entomologiæ aliquando vacillari fatendum est; sed character semper adeo brevis est adeoque facile memoria custoditur, ut Entomologiam *Syst.* usque ad hoc tempus, tyronibus aliis omnibus faciliorem persuasum habeam.

Genera quædam nova feliciter addidit *D. Fab.* quædam autem alia minus utilia forsan judicabuntur. *Antennæ capitatæ capitulo fissili*, ab aliis Coleopteris Scarabæos sufficienter amovent: *Trox*, *Melolontha*, *Trichius*, *Cetonia* *D. Fab.* *Copris* *D.*

Geoff. aliaque ad illustrationem Entomologiæ an necessaria? Characteres *Syst Cerambycum*, *D. de Geer.* nota specifica aucti, hoc genus facile firmarent; *oculis enim lunaribus circa basin antennarum positis a Lepturis recedunt.* E genere *Chrysomelarum*, *Chryf. Elongatæ* sub genere proprio non injuste collocarentur; divisio tamen tertia f. *Chryf. corpore cylindrico* minime rejiciendæ *Cryptocephalique* nomen non admitendum; *nomina generica sexquipedalia enunciata difficilia & nauseosa semper fugienda. Sesquipedalia dicimus verba, quæ plus quam duodecim litteras continent,* de *Cryptocephalis* *D. Geoff.* exemplum capiens, nomen nihilominus proscriptum genusque omnino inutile conservavit celeb. Entomologus.

Omnia, inquit, genera secundum leges artis & naturæ examinavi; Acanthias tamen Reduviosque a Cimicibus, Hepialos a Noctuis separavit, licet horum generum characteres, etiam ab instrumentis cibariis sumti, ad nova constituenda hæc genera vix sufficiant; præterea decem Linn. ordinibus Cimices lucide explicantur. Hepiali veræ sunt Noctuæ Elingues, antennis capite

thoraceque simul suntis, brevioribus, &c. nostra opinio *D. de Geer* Entomologia roboratur; ab antennis enim quatuor Cimicum familias, quintam & sextam a corporis forma notavit, Noctuæque *Elingues Syst. Phal. D. de Geer* antennis filiformibus præcedunt.

Muscarum genus numerosissimum varii Entomologi in plurima alia diverse partiti fuerunt, sed licet *Stratyomis* nota specifica a thoracis spinis sumpta, optima, Muscas tamen *Filatas* in duas familias distribuendo, *Filatas* thorace inermi, &c. *Filatas* thorace armato, &c. genus novum superfluum esset. *Naturales existere insectorum classes suadent ratio, detecta, observata, at nondum tempus eas elaborare, cum tyrones scientiæ adhuc simus.* Classes igitur *Syst.* quarum nomina optima conservandæ usquedum plurimis laboribus plurimisque inventis gradatim ad naturales accedamus. *Linnæanam* Entomologiam recentioribus Systematibus jure ac merito prætuli; nam quamdiu *Systematici* quotidie novos generum characteres novosque conceptus introducunt, tamdiu nunquam genera stabiliuntur, nulla scientiæ est certitudo & brevi tempore ad pristinam

barbaritiam redibit Entomologia. Fab. fundam. Entom.

Mutat genera Systematicus, nomina trivialia jam diu cognita aliis individuis sæpius applicat; hac ponderosa nomenclatura multiplicique synonymia laboriosa sumptuosaque necessario fit Historia Naturalis; quot enim icones explorandæ, quot libri emendi, ne insectum cognitum ut novum offeratur? Non fert præterea omnia omnis tellus: quibusdam regionibus individua prodiga manu largita est Natura, aliis parca distribuit; varia necessario peragranda climata, ut antiquæ reperiantur species, ut novæ detegantur; Litteratis tamen rarissime favent Pactolydes Nymphæ.

Insectorum inquisitio valde laboriosa: pleraque minimo strepitu sese occultant; larvarum color observatorem sæpe decipit, nonnullæ larvæ in locis fœtidissimis, in vegetalium truncis, aliæ in aquis, aliæ in larvis, aliæ in arboribus, aliæ in montibus, aliæ in apricis locis quærendæ; sed pleraque insecta nonnisi sub sole ardente volitant, tunc difficile capiuntur.

Insecta Europæa ab aliis Entomologis descripta plurimæque nova addidi, synonymæ

miam auxi, sed unicuique quod ad eum pertinet, attribui. Hæc Entomologiæ *Syst.* editio descriptionibus *Faun. Suec.* locupletatur; opus rarum & necessarium. Quæ defunt descriptiones, in Musæo *Lud. Ulr.* hausi aut ex aliis desumsi aut de meo addidi; sed novæ species fere semper propriis verbis Entomologi apparebunt.

Regionem Europæam a *Linn.* nimis coarctatam dilatavi plurimæque individua Europæ, sunt restituta; ex. gr. *Pap. Fidia, Mnemosyne, Belia, Eupheno, Rumina*; *Sphinx Cafra*; *Lucanus Capreolus*; *Scarabæus Sacer*; *Hispa Testacea*; *Cicindela Capensis*; *Myrmeleon Barbarum, Libelluloides, Formiculynx*, &c. non solum ut Europæ, sed ut Galliæ Aust. incolæ præsentantur. Nostri Musæi insecta indefinenter ante oculos fuerunt sive ad comprobandas species, sive ad differentias indicandas: ubi dubium, Entomologos consului præcipuorumque ex consensu synonymiam sæpe emendavi. Experientia doctus, unumquodque volumen duplici indice terminatur: prior relationem Entomologiæ *DD. de Geer, Geoffroy Fabricii*que cum *Linnei* Entomologia offert: nomina trivialia posterior exerit.

Quo majori sit hoc opus utilitati, compendioso *Philosophiam Ent.* feci quosdamque *D. Fab.* canones enunciavi, ne tyrones, vi systematica rapti, novam methodum faciliorem credant, ne nova genera promptius admittant, ne nomina trivialia infeliciter imponant, ne varietates specierum laude gratis decorantes, species novas citius offerant. Additiones, descriptiones, emendationes novæ *Mantiffæ illustriss. Fabr.* aut in proprio loco reperientur, aut in appendice *tom. 4.* quidquid igitur ab Entomologis hodie cognitum est, Entomologiam *Linneæanam* exornabit.

Insectum rarius uniuscujusque generis & uniuscujusque generis divisionum tabulis expressum fuit; generis antennæ insectum comitantur; eo Entomologiæ studium facilius evadet. Licet diversæ, sub eodem nomine, species in variis operibus non raro describantur, nomen triviale non fuit mutatum, ne ex hac mutatione confusio oriretur.

Coleoptera Hemipteraque nova enumerando, Entomologorum descriptiones in primo volumine non additæ fuerant; sed cum sola diagonosi species non facile determinantur *D. que Fabr.* descriptiones mox in *Entomologia*, mox in prima *Mantif.* mox

in *Speciebus*, mox in *Appendicibus*, mox in secunda *Mantis*. reperiuntur, desideratæ fuerunt quartumque volumen illustrabunt.

Quæ Galliam habitant insecta, duplici modo indicata sunt littera V. vel *Inf. paris. Ent.* que *paris.* citationibus. Error forsan hic erit frequens; absente enim nota specifica *Linn.* etiam cum descriptiones non desunt, individuorum in his operibus enumeratorum ad divisiones *Syst.* ambagiosa relatio. Eadem prorsus calamitas in Carniolæ Entomologia, ex. gr. Muscas in M. Nobiles, Plebeias & Muticas divisit clariss. *D. Scop.* Nobiles & Plebeia sunt vel plumatæ vel setaria, differentia a tomento & pilis neglecta fuit. Quædam *Syst.* genera inutiliter laceravit meritissimus Vir, alia etiam creavit quæ, *nescio quid insueti, produnt, Anthrax, Erax, &c.* Entomologorum perpetua hæc vacillatio scientiæ minime profuit. In favorem Entomologiam amore prosequentium insecta *Linn.* incognita, more hujus viri immortalis, ordinare plurimum interesse arbitratus sum; magnum opus tyronibus necessarium inchoavi, perficient Nepotes: si labor utilis, metam laborum affecutus sum.

N. B. Nostra Gallia Australis a 45° latitudinis, id est, circa Lugdunum incipit & ad mare mediterraneum extenditur.

Trivialia nomina, exemplo *DD. de Geer, Geoffroyque*, sæpius plurimis verbis Gallicis in primo volumine enunciata fuerunt, quod, amicorum consilio, postea fere semper vitavi. Sic ubicumque legetur, *Rufipes, &c. Mobilicornis, &c. Melanocephala, &c. 2 maculata, &c.* legendum erit, *Rufipede, &c. Mobilicorne, &c. Bimaculée, &c.*

Licet valde curata fuerit hæc editio, errores fere inevitabiles plerisque in tab. nomenclativa & in illustrationibus correxi, imprimis eos qui ad nomina trivialia pertinent, sed sequentes non emendati fuerunt.

Pag. 113, inter lin. 11 & 12, suppl. ex *Enum.* pag. 125, n. 20, obs. *Entomologici*, lege, *Entomologi.*

pag. 190, n. 66, inusus, *le nonchalant*, lege, *incisus, le fillonné.*

pag. 357, lin. penult. *tarsibus*, lege, *tarsis.*

pag. 425, n. 4, *dentes duæ acutæ*, lege, *dentes duo acuti.*

pag. 433, n. 4, lin. 11, *mantidis perlæ*; *mantidis pusillæ*, lege, *mantis perlæ*, *mantis pusillæ.*

CLASSIS I.



CLASSIS I. INSECTA.

*In his tam parvis, atque tam nullis,
Quæ ratio? quanta vis!
Quam ineximabilis perfectio!*

PLIN. I 2.

ANIMALCULA polyoda, *Spiraculis* lateralibus respirantia, *Cute* ossæa cataphracta; *Antennis* mobilibus sensoriis capitis instruuntur.

CORPUS horum dividitur in *Caput*, *Truncum*, *Abdomen*, *Artus*.

CAPUT plerisque distinctum, *instruitur* Oculis, *Anrennis*, sæpiusque *Ore*; *destituitur* Cerebro, *Naribus*, *Auribus*.

Oculi plerisque bini, absque palpebris, simplices aut compositi, quibus vident colores.

Antennæ binæ, articulatae, sensu nobis ignoto, sunt *setaceæ*, *filiformes*, *moniliformes*, *clavatae*, *capitatae*, *fissiles*, *pedinatae*, *barbatae*, corpore breviores, longiores, mediocres.

Palpi articulati, ori affixi, plerisque quatuor s. sex: articulis 2, 4, 3.

Os plerisque sub capite, quibusdam in pectore; *Rostro*, *Labio*, *Maxillis* transversis, *Dentibus*, *Lingua*, *Palato*; nonnullis os nullum.

Stemmata verticis puncta tria elevata nitida.

TRUNCUS, inter *Caput* & *Abdomen*, pedatus, *Thorace* supra *Dorso*, postice *Scutello*, subtus *Pectore* *Sternoque*.

Insect. Tomus I.

A

ABDOMEN ; Ventriculo , Intestinis ; Visceribusque foetum , incisuris 5 , annulatum , *Spiraculis* porosis lateribus pertusum , supra *Tergo* , subtus *Ventre* , postice *Ano* terminatum.

ARTUS sunt *Cauda* , *Pedes* , plurimisque *Alæ*.

Cauda abdomen terminans , est vel solitaria s. *bicornis* ; simplex s. armata *Forcipe* , *Furca* , *Seta* , *Chela* s. *Aculeo* simplici s. composito , lævi s. ferrato.

Pedes Trunci *Femoribus* , *Tibiis* , Plantæ *Tarsis* , *Digitis Unguibus* ; *Manus* (*Chela*) nonnullis , simplex *Pollice mobili* ; *Posteriores* pro usu *cursorii* , *saltatorii* , *natatorii*.

Alæ duæ s. quatuor , sunt vel *planæ* , *plicatiles* ; *erectæ* , *patentes* , *incumbentes* , *deflexæ* s. *reversæ* , *dentatæ* , *caudatæ* , *reticulatæ* , *maculis* , *fasciis* , *strigis* , *lineis* , *punctis pictæ* s. *stigmatibus* notatæ , *ocellis* ornatae , idque vel in *primoribus* vel *secundariis* , tam in *pagina superiore* , quam *inferiore*.

Elytra (*alæ superiores*) crustacea bina , sæpius *mobilia* , *truncata* , *spinosa* , *ferrata* , *scabra* , *striata* , *porcata* , *fulcata* , *punctata* , tegentia *alas inferiores* , *Hemelytra* media quasi *alas inter & elytra*.

Halteres sub *alis dipterorum* ex *petiolo capitati*.

SEXUS *Mas & Femina* generant *Perfecta*.

Neutra nonnullis societate foederatis.

METAMORPHOSIS plurimis triplex , mutanda *struc-tura* , exutis *ovi tunicis* , una post alteram.

OVUM sub minima mole *vesicaria* excluditur.

LARVA (*Eruca*) *fuccosa* , *mollior* , *major* , *aptera* , *sterilis* , *tardior* , *apoda* , sæpe sæpeque *polypoda* , vorax *alimento proprio*.

PUPA (*Nympha*) *ficcior* , *coarctata* , *durior* , *nuda* s. *folliculata* , sæpe absque ore , quæ vel *Pedata* 1 , 2 , 3 , vel *Apoda* 4 , 5 .

Verboſitas , præſentis ſæculi calamitas artis Inſectorum , ut patet ſiloquium Vermium.

1. *Completa* omnibus partibus agilis. (*Aranea*, *Acarus*, *Oniscus*.)
2. *Semicompleta* folis alarum rudimentis. (*Gryllus*, *Cicada*, *Cimex*, *Libellula*, *Ephemera*.)
3. *Incompleta* alis pedibusque immobilis. (*Apis*, *Formica*, *Tipula*.)
4. *Obteſta* thorace abdomineque diſtincto corticata : (*Lepidoptera*) eaque vel nuda, vel folliculata.
5. *Coarctata* intra globum. (*Musca*, *Œſtrus*.)

IMAGO revelata, declarata, perfecta generans, agilis ;
antennis inſtructa.

Triplex itaque ſtructura & cognitio ejuſdem animalis.

HÆC *Muta*, niſi alio proprio inſtrumento ſonora ;
Surda. ſtudioſam ætheris licet percipiant ; *Plura*
ubique plantarum ſpeciebus, ſed ob patientiorem
ſibi regionem in orbe pauciora : *Tropica*, *Arctica*
& hodie ignota *Antarctica* ; ſingula demum *Mini-*
nima annua, exceptis aquaticis, ſed univerſa
maximæ molis animantia, effectuque pariter maxi-
ma, ſed magis occulto magisque diſperſo, ideo-
que minus coercendo ; totidem etenim ſunt Na-
turæ annui miniſtri, propriis negotiis peragendis
præfixi, quot muniis ſufficiant, proportionem inter
plantas ſervando, erronea, ſuperflua, mortua,
putrida conſumendo, aliis demum, imprimis avi-
bus, in alimentum cedendo.

HABITANT inſecta in iis tantum plantis, e quibus
viſitant (non in quibus), occurrunt, unde sæ-
pius nomina *Trivialia* optima, ut ars cum *Politia*
naturæ combinetur ; aliis alia muneribus præfixa
præparant, purgant, deſtruunt neceſſaria.

ENTOMOLOGI præſtantiores figuris, proprietatibus,
attributis inclaruere.

Veteres *Mouffetus*, *Aldrovandus*, *Jonſtonus*.

Metamorphoſii *Gædart*, *Meriana*, *Albinus*, *Friſch*,
Ræſel, *Wilkes*, *Amiral*, *Harris*.

Philosophi *Swammerdam, Reaumur, De Geer, Bonnet.*
 Esp. Iconographi *Clerck, (*) Hæffnagel, Bradlæus,*
Robert, Petiver, Schæffer.

Descriptores *Rajus, Fauna suecica (edit. 2. Holm.*
1761. oct. Museum Reginae. Holm. 1764.)

Monographi *Lister, Schæffer, Clerck.*

Systematici *Systema naturæ, Poda, Sultzer, Geof-*
froi, Scopoli, Gronovius, Fabr.

ORDINES insectorum ab Alis defumfi.

}	Alæ 4.	} Superiores	{ crustaceæ futura recta. Co-	leoptera 1.
			{ femicrustaceæ incumbentes. He-	miptera 2.
		} Omnes	{ imbricatæ squamis. Lepidop-	tera 3.
			{ membranaceæ.	
		ano	{ inermi Neuroptera 4.	
			{ aculeato Hymenoptera 5.	
	Alæ 2, Halteres loco posticarum - -		Diptera	6.
	Alæ 0 f. absque Alis & Elytris - -		Aptera	7.

*Quæso ne hæc legentes,
 Quoniam in his spernunt multa
 Etiam relata fastidio damnent,
 Cum in contemplatione naturæ
 Nil possit videri supervacaneum.*

PLIN.

(*) Clerckii icones insectorum, pulcherrimum opus, quod etiam-
 num vidit orbis literatus. Acad. Reg. Scient. Holmens. hoc ab
 interitu vindicavit.

Descriptiones specierum dedi in *Fauna suecica, Ann. Acad. &*
Museo Reginae.

CHARACTERES INSECTORUM.

I. COLEOPTERA.

* *Antennis clavatis extrorsum incrassatis.*

- | | |
|---------------|--|
| 1 SCARABÆUS | <i>Antennæ clava fissili. Tibiæ anticæ dentatæ.</i> |
| 2 LUCANUS | <i>Antennæ clava compressa: latere latiore fissili.</i> |
| 3 DERMETES | <i>Antennæ clava perfoliata. Caput inflexum sub thorace vix marginato.</i> |
| 4 HISTER | <i>Antennæ clava solida. Caput retractile intra thoracem.</i> |
| 5 BYRRHUS | <i>Antennæ clava solida, ovata.</i> |
| 6 GYRINUS | <i>Antennæ rigidulæ. Oculi quatuor.</i> |
| 7 ATTELABUS | <i>Caput postice attenuatum.</i> |
| 8 CURCULIO | <i>Antennæ insidentes. Rostrum corneo.</i> |
| 9 SILPHA | <i>Thorax Elytraque marginata.</i> |
| 10 COCCINELLA | <i>Antennæ clava obtusa. Palpi clava truncata.</i> |

** *Antennis filiformibus.*

- | | |
|---------------|---|
| 11 BRUCHUS | <i>Antennæ filiformes, extrorsum crassiores.</i> |
| 12 CASSIDA | <i>Corpus ovatum. Elytra marginata. Caput tectum clypeo.</i> |
| 13 PTINUS | <i>Thorax caput recipiens. Antennæ articulis ultimis longioribus.</i> |
| 14 CHRYSOMELA | <i>Corpus ovatum, immarginatum.</i> |
| 15 HISPA | <i>Antennæ porrectæ, approximatæ, fusiformes.</i> |
| 16 MELOE | <i>Thorax subrotundus. Caput gibbum, inflexum.</i> |

Genera Naturalia Auctorum, metamorphosi demonstranda, vitam Scientiæ largiuntur.

Genera Falsa Lyronum, ex lubrico principio deducta totidem satissimis ulceribus artem pulcherrimam commaculant.

6 CHARACTERES INSECTORUM.

- 17 TENEBRIO *Thorax marginatus. Caput exsertum.*
Corpus oblongum.
- 18 LAMPYRIS *Elytra flexilia. Thoracis clypeus caput obumbrans recipiensque.*
- 19 MORDELLA *Laminae ad basin abdominis. Caput inflexum.*
- 20 STAPHYLINUS *Elytra dimidiata alas tegentia. Vesticulae 2 supra caudam exerendae.*

*** *Antennis setaceis.*

- 21 CERAMBYX *Thorax lateribus mucronato-callosus.*
- 22 LEPTURA *Elytra apice attenuata. Thorax tere-tiusculus.*
- 23 CANTHARIS. *Elytra flexilia. Abdomen lateribus plicato-papillosum.*
- 24 ELATER *Pedoris mucro e poro abdominis resiliens.*
- 25 CICINDELA *Maxillae exsertae, dentatae. Oculi prominuli.*
- 26 BUPRESTIS *Caput intra thoracem retractum.*
- 27 DYTISCUS. *Pedes postici ciliati natatorii.*
- 28 CARABUS *Thorax obcordatus, postice truncatus.*
- 29 NECYDALIS *Elytra dimidiata: alis nudis.*
- 30 FORFICULA *Elytra dimidiata: alis tectis. Cauda forcipata.*

II. HEMIPTERA.

- 31 BLATTA *Os maxillosum. Alae coriaceae, planae. Pedes cursorii.*
- 32 MANTIS. *Os maxillosum. Pedes antici ferrati: ungue unico.*
- 33 GRYLLUS *Os maxillosum. Pedes postici saltatorii.*
- 34 FULGORA *Rostrum inflexum. Frons producta, inanis. Antennae capitatae.*
- 35 CICADA *Rostrum inflexum. Pedes postici saltatorii.*
- 36 NOTONECTA *Rostrum inflexum. Pedes postici natatorii. (ciliati)*

- 37 NEPA *Rostrum inflexum. Pedes antici cheliferi.*
 38 CIMEX *Rostrum inflexum. Pedes cursorii.*
 39 APHIS *Rostrum inflexum. Abdomen bicornè.*
 40 CHERMES *Rostrum pectorale. Pedes postici saltatorii.*
 41 COCCUS *Rostrum pectorale. Abdomen postico fetosum maribus.*
 42 THRIPS *Rostrum obsoletum. Alæ incumbentes abdomini reflexili.*

III. LEPIDOPTERA.

- 43 PAPILO *Antennæ extrorsum crassiores. Alæ erectæ.*
 44 SPHINX *Antennæ medio crassiores.*
 45 PHALÆNA *Antennæ introrsum crassiores.*

IV. NEUROPTERA.

- 46 LIBELLA *Cauda forcipata. Os multi-maxillosum. Alæ extensæ.*
 47 EPHEMERA *Cauda fetis 2. s. 3. Os edentulum. Alæ erectæ.*
 48 MYRMELEON *Cauda forcipata. Os bidentatum. Alæ deflexæ.*
 49 PHRYGANEÆ *Cauda simplex. Os edentulum. Alæ deflexæ.*
 50 HEMEROBIUS *Cauda simplex. Os bidentatum. Alæ deflexæ.*
 51 PANORPA *Cauda chelata. Os rostratum. Alæ incumbentes.*
 52 RAPHDIA *Cauda filo 1. Os bidentatum. Alæ deflexæ.*

V. HYMENOPTERA.

- 53 CYNIPS *Aculeus spiralis!*
 54 TENTHREDO *Aculeus ferratus! bivalvis.*

8 CHARACTERES INSECTORUM.

55 SIREX	<i>Aculeus</i> ferratus sub abdominis spiræ terminali.
56 ICHNEUMON	<i>Aculeus</i> exsertus ! triplex.
57 SPHEX	<i>Aculeus</i> punctorius. <i>Alæ</i> planæ. <i>Os</i> elingue.
58 CHRYSIS	<i>Aculeus</i> punctorius. <i>Abdomen</i> subtus fornicatum.
59 VESPA	<i>Aculeus</i> punctorius. <i>Alæ</i> superiores plicatæ.
60 APIS	<i>Aculeus</i> punctorius. <i>Lingua</i> inflexa !
61 FORMICA	<i>Aculeus</i> obsoletus. <i>Alæ</i> neutris nullæ !
62 MUTILLA	<i>Aculeus</i> punctorius. <i>Alæ</i> neutris nullæ.

VI. DIPTERA.

63 ŒSTRUS	<i>Os</i> clausum s. nullum.
64 TIPULA	<i>Os</i> labiis lateralibus. <i>Palpi</i> quatuor.
65 MUSCA	<i>Os</i> proboscide edentulum.
66 TABANUS	<i>Os</i> proboscide dentibusque conniventibus.
67 CULEX	<i>Os</i> rostro nutante siphoniformi. <i>Stemmata</i> 0.
68 EMPIS	<i>Os</i> rostro inflexo.
69 CONOPS	<i>Os</i> rostro porrecto geniculato.
70 ASILUS	<i>Os</i> rostro porrecto subulato.
71 BOMBYLIUS	<i>Os</i> rostro porrecto fetaceo.
72 HIPPOBOSCA	<i>Os</i> rostro subnutante brevissimo. <i>Stemmata</i> 0.

VII. APTERA.

* *Pedibus* sex ; *Capite* a *Thorace* discreto.

73 LEPISMA	<i>Cauda</i> fetis exsertis.
74 PODURA	<i>Cauda</i> bifurca inflexa saltatrix.
75 TERMES	<i>Os</i> maxillis duabus.
76 PEDICULUS	<i>Os</i> aculeo exferendo.
77 PULEX	<i>Os</i> rostro inflexo cum aculeo. <i>Pedes</i> saltatorii.

CHARACTERES INSECTORUM. 9

** *Pedibus 8-14, Capite Thoraceque unitis.*

78 ACARUS	Oculi 2. Pedes 8. Palpi.
79 PHALANGIUM	Oculi 4. Pedes 8. Palpi chelati.
80 ARANEA	Oculi 8. Pedes 8. Palpi clavati.
81 SCORPIO	Oculi 8. Pedes 8. Palpi chelati.
82 CANCER	Oculi 2. Pedes 10: primo chelato.
83 MONOCULUS	Oculi 2. Pedes 12: decem chelatis.
84 ONISCUS	Oculi 2. Pedes 14.

*** *Pedibus pluribus. Capite a Thorace discreto.*

85 SCOLOPENDRA	<i>Corpus lineare.</i>
86 JULUS	<i>Corpus subcylindricum.</i>

*In nova fert animus mutatas dicere formas
corpora.*



FAMILIA PRIMA.
COLEOPTERA.

ELYTRA ALAS TEGENTIA.

GENUS PRIMUM.

SCARABÆI.

ANTENNÆ CLAVATÆ CAPITULO FISSILI:

TIBIÆ ANTICÆ SÆPIUS DENTATÆ.

* *Thoracæ cornuto. t. I. f. I.*

Typhœus. I. Sc. scut. (phalangiste.) thorace tricorni:
intermedio minore, lateralibus porrectis
longitudine capitis, capite mutico. *Musf.*

*Lud. Ulr. 8. * Gron. zooph. 423.*

Mouff. inf. 152. f. 2. Tauroceros.

Raj. inf. 103. Scarabæus ovinus 2.

Frisch. inf. 4. t. 8.

Geoff. le phalangiste.

Schæff. icon. t. 26. f. 4. ♂

t. 5. f. 1. ♀

De Geer. inf. 4.

Voet. scar. t. 19. f. 124. 125.

Fab. 10.

Petiv. gazoph. t. 23. f. 3.

Hab. in Anglia, Hispania. Osbeck. in Gallia

*Geoff. V. Variat colore & cornuum lon-
gitudine,*

Obs. larva in fimo vaccino, frequens circa Lugdunum.

Corpus magnitudine *S. stercorarii*, atrum. Caput angustum, muticum, depressum, lateribus villosum. Antennæ capitulo subgriseo. Thorax glaber Spinis tribus: lateralibus porrectis, acutis, longitudine capitis; intermedia brevior, erectior. Elytra striata. Sexus alter loco spinarum gerit tantum rudimenta truncata. Tibiæ admodum pilosæ.

Lunaris. 2. Sc. exscut. (le lunaire) thorace bicorni: intermedio obtuso bifido, capitis cornu erecto; clypeo emarginato.

* *Scop. carn.* 22. *Gron. zooph.* 453. *

Faun. suec. 1. p. 341. Scarabæus thorace submutico, capite lunato: corniculo emarginato.

Pet. gaz. t. 83. f. 4.

Frisch. inf. 4. t. 7.

Ræf. inf. 2. *scar.* 1. t. B. f. 2.

Poda gr. p. 18. *sp.* 3.

Enum. 1.

Müller. lin. naturf. cl. V. p. 56.

Geoff. coprif. 1.

De Geer. le lunaire.

Voet. scar. t. 25. f. 24. 25.

t. 26. f. 26.

Schæff. icon. t. 63. f. 2. 3. ♂ ♀

Hab. in Europa. In Galliæ stercoratis.

Sexus varietas Thorace retuso lævi absque corniculis thoracinis, quare difficilium primum dignoscitur. Omnibus Thorax linea exaratus. Clypeus lunaris, emarginatus tantum.

Desc. facies scarabæi stercorarii: caput tegitur clypeo lunato, magno, margine elevato, antice emarginato, in cujus medio corniculum breve emarginatum.

Thorax gibbus, lævis, in medio margine acuto prominulo, longitudinaliter linea exaratur; elytra lævia, singula 7. f. 8. fulcis minus profundis. (*Faun.* 379.)
Obs. variat raro colore Castaneo V.

Cylindricus. 3. Sc. scut. (le cylindrique) tab. I. f. I, thorace antice truncato quinquedentato, capite antice cornu erecto, corpore cylindrico. *

De Geer. scar.

Fab. 29.

Voet. scar. t. 20. f. 131.

Schæff. icon. t. 201. f. 1. 2. an?

Hab. in Europa. In montibus Cebennis sub cortice Fagi V.

Desc. niger, parvus cylindricus: cornu ex apice rostri erectum, antice glabrum, pone villis fulvis hirtum. *Thorax* cylindricus, crassus, supra glaber, antice excavato-truncatus, margine quinquedentato, quorum dens intermedius utrinque cavitate distinctus. *Scutellum* minutum. *Elytra* fulcata punctis excavatis scabra. *Faun.* 380.

Obs. cornu foeminae brevius V.

Mobilicornis. 4. Sc. scut. (à corne mobile) thorace quadri-dentato, capitis cornu recurvo mobili. *Fab.* 38.

Hab. Herfordiæ Anglorum: prope Lugdunum, lectus in arenosis V.

Desc. elytra-striato-punctata. *Scar.* typhæo triplo minor V.

** *Thorace inermi, capite cornuto. t.* 1. f. 2.

Nasicornis. 5. Sc. scut. (le nazicorne) thorace prominentia triplici, capitis cornu incurvato, antennis heptaphyllis, *Scop. carn.* 14.

Mouff. inf. 53.

Imperat. nat. 924. f. 1. 2. & 125. f. 3. 4.

Hæffn. pict. t. 13. f. antepenult.

Olear. mus. 27. t. 16. f. 4.

Jacob. mus. I. S. 5.

Jonst. inf. t. 15. f. 2.

Swammerd. bibl. t. 27. f. 1. 2.

Ræf. inf. 2. scar. 1. t. 7. f. 8. 10.

De Geer. 1.

Geoff. 1.

Fab. 33.

Enum. 2.

Drury. t. 34. f. 7. 8.

Voet. t. 18. f. 120. 121.

Hab. in Europæ vaporariis. In Gallia.

Fœmina thorace rotundato, vix retuso, minime cornuto.

Desc. simillimus scar. monoceroti, sed absque thoracis concavitate longitudinali. Pedum anteriorum dentes obtusi, excepto primo. *Faun.* 378.

Obs. Fœminæ cornu deest, sed ejus loco gibbus cum denticulo in apice; desunt quoque thoracis tubercula; adest eorum loco ruga elevata transversa. *Schrank* antennis 3-phyllis. *De Geer.*

- Sacer. 6. Sc. exc. (le sacré) clypeo sexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis posticis ciliatis, vertice subbidentato. *Mus. Lud.* *Ulr.* 13. * *Aman. acad.* 6. t. 3. f. 170. *Osbeck. iter.* 51. Scarabæus lævis, thorace inermi, capite antice sexdentato. *Læfl. it.* 20. Scarabæus pilularius niger, clypeo antice ferrato, elytris nebulose maculatis submollibus planiusculis. *De Geer. inf.* 7. 36. *Voet. scar. t.* 27. f. 39. 40. *Petiv. garop. t.* 42. *Sulz. hist. inf. t.* 1. f. 3.

Fab. 139.

Hab. in Ægypto, Mauritania, Italia, Hispania, in Gallia Australi paulo minor. V. *Cornuum rudimenta in mare. Thoracis latera margine obsolete crenulata & ciliata. Femora postica sæpius dente obtuso notata. Iter oculos puncta 2 prominula.*
Hic in columnis antiquis Romæ exsculptus ab Ægyptiis.

Hispanus. 7. Sc. exc. (l'Espagnol) thorace mutico ; clypeo cornuto emarginato , elytris striatis , femoribus secundis remotissimis.
Mus. Lud. Ulr. 12. *

Pet. gaz. 13 t. 8. f. 4. Rhinoceros lusitanicus niger splendens , vaginis striatis.
Res. inf. scar. 1. t. B. f. 2 ?

Fab. 130.

Hab. in Hispania, Lusitania, Barbaria, in Gallia Australi. V.

Simillimus S. lunari, sed major ; Thorax transverse retusus absque sinibus, nec linea exaratus. Clypei emarginatura convenit, qua ambo differunt a S. Molosso.

Granarius. 8. S. scut. (des grains) niger , thorace inermi : clypeo tuberculato , elytris substriatis margine postico testaceis.

Fab. 70.

Hab. in Europa. In Gallia V.

Desc. magnitudine seminis tritici. Clypeus tuberculo solitario.

Obs. 1. *Elytra* interdum ultra dimidium testacea F.

Obs. 2. Scar. hæmorrhoidalis varietas , teste F. Sed rite ?

Magnitudo Seminis Tritici. Clypeus tuberculo solitario.

Nuchicornis. 9. S. exc. (à nuque épineuse) thorace

inermi rotundato occipite spina erecta armato. *

It. gotl. 41. Scarabæus capite thoraceque atro opaco, elytris cinereis nigro nebulosis.

Raj. inf. 108. n. 12.

Schæff. 1758. t. 3. f. 9 -- 15.

Raf. inf. scar. t. A. f. 4.

Gron. zool. 454.

De Geer. 9.

Geoff. le petit bouflier noir cornu.

Poda gr. p. 18. *sp.* 2.

Fab. 132.

Enum. 3.

Schæff. icon. t. 96. *f.* 1. - *t.* 33. - *f.* 45. *t.* 96. *f.* 1.

Hab. in Europa. Ubique in Gallia in Stercoribus V.

Fœmina tantum a tergo cornuta, mas muticus.

Desc. simillimus scar. bovino, sed elytra subferrugineâ punctis nigris irrorata. *Scutellum nullum.* *Faun.* 381.

Obs. Thorax & caput semper nigro ænea, punctis impressis copiosis ad lentem confersa. *Schrank.*

Vacca. 10. *Sc. exc.* (la vache) thorace inermi, retuso occipite spina gemina erecta.

Fab. 126.

Schæff. inf. t. 73. *f.* 4. 5. ♂ ♀

Schroet. miscell. I. t. 3. *f.* 5.

Hab. in Gallia Australi D. Gouan prope Nemaufum V.

Simillimus S. nuchicorni Thorace æneo, *Elytris fuscis: atomis fuscis; sed differt* Thorace antice retuso: medio prominulo submarginato; *Capitis occipite non spina unica longa, sed 2 brevibus, erectis, nonnihil distantibus.*

Taurus. II. S. exsc. (le Taureau) thorace inermi
occipite cornibus binis reclinatis.

Scop. carn. 25. Scarabæus illyricus.

Schæff. scar. 1758. t. 3. f. 7. 8.

Schreber inf. 1. f. 6. 6. 7. Scarabæus

Taurus capite cornibus duobus lunatis
lateralibus.

Schæff. icon. 73. f. 2. 3.

Ovinus raj. inf. 103. 2.

Geoff. le boufier à cornes retrouffées.

Voet. scar. t. 24. f. 16.

Fab. 125.

Sultz. hist. inf. t. 1. f. 3.

Hab. in Germania *Schæff.* *Schreber.* In
Gallia Australi *Gouan.* & alibi.

Simillimus S. nuchicorni, sed Spinæ f.
Cornua filiformia, distantia, arcuata,
thoraci fere incumbentia.

Bifon. II. S. exsc. (le Bifon) t. 1. fig. 2. thorace antico
mucronato, vertice capitis cornibus binis
lunaribus.

Fab. 115.

Hab. in Gallia Australi *D. Gouan.* In His-
pania. Prope Lugdunum V.

Corpus atrum, S. stercorario minus. Caput
femi-ovale, margine levato fasciolaque
elevata, cui incident cornua 2 distantia,
incurva, erectiuscula, capite longiora.
Thorax lævis, anticis valde retusus, su-
pra antrorsum exiens in mucronem obtu-
siusculum, longitudine capitis, ad scutelli
locum in thorace puncta 2 impressa. Elytra
striata, fere breviora Abdomine, subtus
ferrugineo - pubescente. Antennæ clava
ferruginea

Obs. *Thorax* postice punctis duobus im-
pressis : *Fœminæ* thoracis margine an-
tico carinato, elevato, mucroneque
capitis parvo distincto F.

Subterraneus,

Subterra-13. S. exc. (le fouterrein) thorace inermi
neus. glabro , capite tuberculis tribus , elytris
striis crenatis. *

Gadd. satag. 76. Scarabæus niger , capitis
clypeo lunato tribus tuberculis notato.

Sultz. inf. t. 1. f. 2.

De Geer. 12.

Enum. 7. inter muticos.

Fab. 58.

Müll. Lin. Naturf. cl. V. p. 66.

Hab. in Europa. In fimetis Galliæ fre-
quens V.

Desc. parvus , niger ; clypeus obtusissimus.
Thorax punctis rarioribus adspersus. *Ely-*
tra striata striis singularibus excavato-
punctatis. *Faun.* 382.

Obs. affinis scar. foliori , at multo minor F.

Erraticus. 14. S. scut. (l'Errant) thorace inermi lævi,
capite tuberculo unico , elytris testaceis. *

De Geer. 15.

Fab. 66.

Schæff. icon. t. 26. f. 9.

Hab. in Europa , forte & in India. In Galliæ
viis V.

Desc. *Thorax* convexus , lævis , uti totum
corpus nigrum elytra testacea. *Faun.* 383.

Foffor, 15. S. scut. (le Foffoyeur) thorace inermi
subretuso , capite tuberculis tribus : medio
subcornuto. *

De Geer. 8.

Geoff. la tête armée.

Voet. scar. t. 21. f. 141.

Fab. 59.

Hab. in Europæ collibus. In Gallia.

Schæff. icon. 144. n°. 7. an ?

Desc. *Corpus* odore moschi , totum atrum ,
glabrum , læve , nitidum. *Elytra* oblonga ,
concolorata , striata , sed vix conspicua.

Antennæ lamellatæ. Alæ fuscæ. Thorax valde convexus. Faun. 384.

Obs. in capite tria tubercula transverse posita.

Fimeta- 16. S. scut. (des fumiers) thorace inermi,
rius. capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro. *Scop. carn. 20. 21.*

Faun. succ. I. p. 355. Scarabæus capite thoraceque nigro, antennis elytrisque rubris.

Schæff. 1758. t. 3. f. 17. 18. 19.

Frisch. inf. 4. t. 19. f. 3.

Rœf. inf. 2. scarab. t. A. f. 3.

♂. Scarabæus capite thoraceque nigro glabro, elytris griseis, pedibus pallidis. *It. æl. 41.*

Uddm. diff. n. 2.

Schæff. t. 144. f. 68.

Geoff. 18.

De Geer. 10.

Tab. 64.

Enum. 4.

Voet. scar. t. 21 f. 147.

Müll. Lin. Naturf. cl. V. p. 67.

Hab. in Europæ stercoreatis. In Gallia.

Desc. Caput nigrum, clypeatum, subrotundum. Thorax niger marginatus, lateribus pallidis. Elytra grisea aut rubra striis singula notata. Pedes griseo-pallidi. Faun. 389.

Obs. 1. Variat magnitudine & colore.

Obs. 2. n°. II. De Geer. non synonymus, ut larvis apparet V.

Obs. 3. Sexus alter tuberculis caret.

Hæmor- 17. S. scut. (l'hémorrhoidal) thorace inermi,
rhoidalis. capite tuberculato, elytris apice rubris.

Faun. succ. I. p. 358. Scarabæus ater, elytris postice ferrugineis, pedibus rufis.

De Geer. 17.

Enum. 8.

Hab. in Europæ fungis & putridis. In Gallia A. V.

Desc. magnitudine feminis milii; totus ater, lævis. *Elytra* striis excavatis postice versus marginem rufescentia. *Pedes* & *Femora* obscure rufa. *Faun.* 386.

Obs. 1. Tuberculis capitis vix vitibilibus.

Obs. 2. An scar. Granarii varietas, ut putat D. Fabr. an species distincta? V.

Conspur- 18. S. scut. (le barbouillé) thorace inermi, catus. marginibus lateralibus albidis, capite tuberculato, elytris lividis nigro maculatis. *

De Geer. 13.

Enum. 5.

Geoff. Scarabé gris de boufes.

Fab. 67.

Schæff. icon. t. 26. f. 8.

Voet. scar. t. 21. f. 144.

Raj. inf. 103.

Hab. in Europæ stercorariis primo vere. In Gallia.

Desc. parvus, niger S. fuscus. *Elytra* lurida S. glauca punctis 2. 5. 8. 7. oblongiusculis. Thoracis latera pallida. *Faun.* 387.

Ex spec. D. F.

Silenus. 19. S. sc. (Silene) thorace inermi, capitis cornu recurvo, elytris lævissimis, t. 1. f. 3.

Voet. scar. t. 18. f. 119.

Forsk. cent. I. I. I.

Hab. in Gallo-provincia. In Gallia A. V.

Obs. 1. Affinitas S. nasicornis at duplo minor.

Obs. 2. Feminae cornu brevius V.

- Scybala- 20. S. scut. (la tache marginale) thorace
rius. inermi, capite tuberculis tribus, inter-
medio acuto, elytris striatis testaceis.
Hab. in Germania. *Mus.* D. Banks.
Obs. Minor scar. fossore.
- Terrestris. 21. S. scut. (terrestre) thorace inermi ca-
pite tuberculis tribus elytris striatis.
Hab. in Anglia. *Mus.* D. Banks. In
Gallia V.
- Testaceus. 22. S. scut. (testacée) capite tuberculato
elytris puncto striatis.
Hab. in Angliæ stercoreariis. D. Lee. In
Gallia V.
- Bicolor. 23. S. scut. (à tubercule recourbé) thorace
subinermi capite tuberculo unico, ely-
tris nigris, abdomine rufo.
Hab. in Germania. D. de Hattorf.
- Sordidus. 24. S. scut. (à corcelet bordé) capite tu-
berculato, thorace nigro margine pallido
puncto nigro elytris griseis.
Hab. in Angliæ stercore.
- Luridus. 25. S. scut. (gris strié de noir) capite tuber-
culato elytris griseis nigro striatis.
Hab. in Anglia. *Mus.* D. Banks.
- Vitulus. 26. S. exc. (le veau) thorace quadri-den-
tato, occipite cornibus duobus erectis
brevibus, corpore atro.
Hab. in Austria. D. Schultz.
- Vertici- 27. S. exc. (à corne très-courte) thorace
cornis. inermi griseo nigro punctato, capitis
cornu brevissimo.

Hab. in Anglia Mus. D. Tunstall. In Gallia V.

Obs. Maculis nigris transverse positis in singulo elytro-V.

Lemur. 28. S. exfc. (à quatre petites dents au corcelet) quadri-dentato cupreo, clypeo postice transverse carinato, elytris rufaceis.

Hab. Lipsiæ. D. Leske. In Gallia V.

Ex opere D. de Geer.

Ater. 29. S. scut. (noir) Niger, toto corpore abbreviato, capite tuberculis tribus, elytris læviter striatis.

Hab. in Europa. In Gallia V.

Ex nosl. mus.

Maculatus. 30. S. scut. (tacheté) thorace 4. tuberculato capite transverse armato.

Hab. in Gallia A.

Desc. Lutescens, admodum convexus, elytris maculis 5. nigrescentibus, tibiis antiris 4. dentatis.

*** Mutici capite & thorace inermi.

Laticollis. 31. S. exfc. (le hottentot) muticus niger, clypeo sexdentato, elytris fulcatis.

Geoff. Copris 2.

Fab. 140.

Voet. scar. t. 27. f. 141.

Schæff. icon. 201. f. 3.

Sulz. hist. inf. t. 1. f. 6.

Hab. in China. In Gallia.

Corpus S. sacro simillimum, sed ¹ minus.

Clypeus sexdentatus absque cornu rudimento. Oculi dimidii supra & dimidii infra clypeum. Thorax suborbiculatus, valde convexus, lævis, coleoptris latior. Elytra fulcis septem.

Pilularius, 32. S. exc. (le pillulaire) muticus niger opacus lævis, subtrus æneus, thorace postico rotundato. *M. L. U.* 19. *

Arist. lib. 5. c. 18.

Plin. nat. 11. 34. Pilularius.

Raj. inf. 105. n. 1.

Catesb. car. 3. t. 11. F. sinistra.

De Geer. scar. exotique 7.

Drury. inf. 4. t. 18. f. 14.

Fab. 149.

Schæff. icon. t. 3. f. 7.

Hab. in Italia, Hispania. In Gallia A. V. occupatus quotidie Sisyphyi instar volvit globum e fercore imprimis humano confectum, se sapius septies majorem, alter alterumve juvat. Vide Lafl. it. 20.

Corpus magnitudine & statura *S. fercorarii* f. *S. vernalis* : supra atrum, opacum ; subtrus æneum. Elytra minime striata aut punctata. Clypeus capitis oratus, maxillis brevior.

Schæfferi, 33. S. exc. (le schefférien) muticus, thorace rotundato, clypeo emarginato, elytris triangulis, femoribus posticis elongatis dentatis. *Schæff. inf. 1758. t. 3. f. 20.*

Scop. carn. 84. Scarabæus longipes.

Geoff. Copris 9.

Fab. 149.

Voet. sczr. t. 25. f. 17.

Schæff. icon. t. 3. f. 8.

Hab. in Germania. Schæfferus: In Gallia.

Corpus magnitudine *S. horticola*, nigrum. Capitis clypeus rotundatus, emarginatus. Thorax convexus. Elytra brevia, postice coarctata gibbaque, unde abdomen quasi in fauce inter elytra & pedes. Pedes postici admodum longi : Femoribus subtrus basi posticeque dente ; Tibiis curvatis.

Stercora- 34. *S. fcut.* (stercoraire) muticus ater glaber,
rius. elytris fulcatis, capite rhombeo : vertice
prominulo. *

Mouff. inf. 131. *Scarabæus stercorarius.*

Lijl. mut. 17. f. 4.

loqu. 381. n. 4.

Frisch. inf. 4. t. 13. f. 6.

Rej. inf. 90. n. 7. & 74. n. 1.

Baub. ballon. 212. f. ultim.

De Geer. 4.

Geoff. Le grand pillulaire.

Fab. 74.

Enum. 23.

Voet. fœt. t. 10. f. 134.

Schæff. icon. t. 23. f. 9.

Podagr. p. 18.

Scop. 26.

Hab. in Europa. In Gallia.

Desc. Niger est a tergo & glaber : Subtus
ad femora villosus.

Caput clypeo munitum Rhomboide obtuso
medio elevato, ac si esset squama. *Antennæ*
clavate, capitulo trifolio, caule
rubicundo, bulbo S. infimo articulo pi-
loso. *Thorax* lævis non punctatus, in
medio versus posteriora excavatus. *Elytræ*
atra striis plurimis; *Subtus* est totum
animalculum atro-cærulefcens; in femo-
rum primorum antica parte macula magna
ferruginea, villosa. *Os* duabus maxillis,
adspersis hirsutis ferruginea. *Faun.* 383.

Perforat terram aridam sub stercore, *Aeris*
obnoxius. *Sufurro* volante frequenterque
vespertino indicat proximum serenum fore
diem. *Varietas* nobis ferruginea. V.

Vernalis. 35. *S. fcut.* (le printannier) muticus. ely-
tris glabris lævissimis, capitis clypeo
rhombeo : vertice prominulo.

Degeer. 5.

Geoff. Le petit pillulaire.

Fab. 75.

Scop. 7.

Enum. 24.

Poda gr. p. 19.

Schæff. icon. t. 27. *f.* 1. *an.?*

Sulz. hist. inf. t. 1. *f.* 6.

Voet. scar. t. 20. *f.* 135.

Hab. in Europa : In Gallia. Trahit stercore ovium ad foramina uti præcedens.

Desc. Differt a præcedente 1°. magnitudine qua priori cedit. 2°. Elytris non fulcatis.

3°. Colore cyaneo s. cœruleo nitido.

4°. Tempore solo vernali. 5°. Antennis totaliter nigris, nec femoribus macula ferruginea. *Faun.* 389.

Obs. Moschum olet.

Schreberi. 36. *S. exfc.* (le schrébérien) muticus ater glaber, elytris maculis duabus femoribusque rubris.

Geoff. Le boufier à points rouges. *Copris* 7.

Schæff. icon. t. 73. *f.* 6.

Voet. scar. t. 28. *f.* 49.

Fab. 151.

Hab. in Germania, Gallia.

Corpus fere *S. nuchicornis*. Capitis clypeus integer ruga transversa. Thorax gibbus & fere retusus. Elytra vix thorace longiora : macula purpurascens ad basin, aliaque ad apicem majore. Femora rubra.

Ovatus. 37. *S. exfc.* (l'œuf) muticus niger, clypeo emarginato, thorace subæneo, elytris abbreviatis.

Fab. 148.

Hab. in Stercore bovino Germaniæ D. Schreb.
In Gallia.

Simillimus *S. nuchicorni*, sed magnitudine tantum oryzæ.

Sabulosus. 38. Sc. scut. (le perlé) muticus niger opacus tuberculis rugosis , antennis basi pilosis. *

Scop. carn. 23. Scarabæus rugosus.

Fab. trox. 1.

Geoff. 1.

De Geer. 14.

Enum. 26.

Poda gr. p. 20.

Hab. in Europæ terra fabulosa. In Gallia.

Desc. Simillimus silphæ opacæ : niger & rugosus , ut primo intuitu silpham diceret , sed os , antennæ & pedes scarabæi. *Faun.* 290.

Obs. Caput intra thoracem totum ac si nullum haberet , fere uti buprestes. *Scop.*

Sticticus. 39. S. scut. (le drap mortuaire) muticus niger glaber punctis albis sparsis , abdomine subtus punctis quaternis albis.

Fab. Cetonia 41.

Geoff. 14.

Scop. 7. Funestus.

Enum. 20.

Poda gr. p. 20.

Hab. in Barbaria. *Brander.* In Galliæ carduis.

Corpus nigrum , supra glabrum. Caput obtusum. Pectus pubescens. Elytra , pedes ultra elytra & thorax adpersa punctis albis copiosis , uti Abdominis segmenta subtus in singulis. Ajnis Sc. hirtello sed supra lavis.

Obs. Variat punctis albis subtus per ordinem dispositis & abdomine sine punctis intermediis.

Fullo. 40. S. scut. (le foulon) muticus , antennis heptaphyllis , corpore nigro , pilis albis , scutello macula duplici alba.

* Scop. carn. 12.

Mouff. inf. 160. f. 4.

Hoffn. pict. t. 7.

Raj. inf. 93. n. 9.

Frisch. inf. 11. t. 1. f. 1.

E. N. C. dec. 2. ann. 6. obs. 239.

De Geer. 19.

Geoff. 2.

Fab. Melol. 1.

Pæf. inf. 4. t. 30.

Enum. 9.

Voet. scar. t. 6. f. 48. 49.

Schæff. icon. t. 23. f. 2.

Petiv. gazoph. t. 138. f. 1.

Hab. in Europæ, Galliæ & Barbariæ dunis arenosis, vicitans elymo arundineque arenariis, quercu.

Corpus nigrum adpersum pilis albis, subtus hirsutum. Capitis clypeus obtusissimus. Thorax linea alba longitudinali. Scutellum maculis 2, ovatis, albis, paribus. Abdominis incisuræ utrinque macula alba. Cauda acutiuscula. Antennæ lamellis 7, æqualibus, longioribus quam in reliquis.

Obs. 1. Variat. rugulis, fuscis; rubris, F. nigris V.

Obs. 2. Irritatus stridet, attritu abdominis ad elytra, vesperi volitat.

Agricola. 41. S. scut. (Parlequin velu) muticus, thorace villoso, elytris lividis limbo fasciæque arcuata nigris.

Scop. carn. 6. Scarabæus cyatiger.

Pod. inf. 21. Scarabæus agricola.

Fab. Melol. 44.

Schæff. icon. t. 63. f. 1. & non t. 64. var. t. 23. f. 8.

Scara æorum hirsutorum larvæ sub radicibus plantarum degunt & casæm conjungunt; at declaratæ foliis Arborum pascentur.

Voet. scar. t. 8. f. 67.

Enum. 17.

Geoff. 17.

Hab. in Europa Australi. D. Afcanius.
In Gallia.

Statura S. horticolæ, sed minor, niger, villosus. Caput Toraxque fusca aenea, albo villosa. Elytra glabra, livida, macula scutellari ambitu nigro; fascia in medio recurvata nigra, quæ non tangit nigredinem lateralem. Ungues purpurei. Capitis labium adscendens.

Obs. I. Descriptio Linnæi convenit n. I. D. Geoff. Inde agricola & l'arlequin velu. Synonimi V.

Obs. 2. Variat maculis elytrorum magis aut minus obscuris. V.

Horticola. 42. Sc. scut. (le jardinier) muticus, capite thoraceque cæruleo subpiloso, elytris griseis, pedibus nigris.

It. scan. II. 321. Scarabæus frius.

Raj. inf. 380. n. 3.

Frisch. inf. 1. t. 14.

List. app. 8. n. 3.

Pet. gaz. t. 22. f. 9.

Geoff. Le petit hanneton à corcelet vert.

Schæff. icon. t. 53. f. 4.

De Geer. 24.

Fab. Melol. 41.

Scop. S. Adiphorus.

Müll. Lin. Nat. cl. IV. part. I. p. 80.

Enum. 18.

Podâ gr. p. 20.

Hab. in Europæ hortis, pomonam devastat, intacta pyro communi.

Desc. Antennarum caulis ferrugineus est.

Faun. 391.

Obs. 1. Variat capitulo antennarum toto rufo & corpore magis oblongo V.

Obs. 2. Tibiæ anticæ bidentatæ nec non unidentatæ, uti posuit. *Scopoli. Enum.*

Melolon- 43. Sc. scut. (le hanneton) muticus testaceus, thorace villoso, cauda inflexa, incisuris abdominis albis.

* *Scop. carn.* 16.

Mouff. lat. 150. f. 2.

Aldr. inf. 454. t. super. f. 2.

Hoffn. inf. t. 1. f. 11.

Gæd. inf. 1. t. 78.

Merian. Europ. 1. p. 2. f. 4.

Raj. inf. 104. n. 1.

Pet. gaz. t. 9. f. 2.

Alb. inf. 60.

Ræf. inf. 2. scarab. 1. t. 1.

Leuwenh. epist. 1. p. 18.

Sulz. inf. t. 1. f. 4.

Schæff. elem. t. 8. f. 3. & t. 109. f. 4.

Fab. 4. Melolont. vulgaris.

Geoff. 3.

De Geer. 10.

Schæff. icon. t. 93. f. 12.

— t. 109. f. 4.

Enum. 11.

Voet. scap. t. 6. f. 45. 46.

Hab. in Europa, Gallia.

Desc. Inter majores hic scar. cui caput, thorax, & elytra testacei coloris sunt.

Thorax villosus; *elytra* singula 4 striis elevatis glabriusculis. Anus acuminatus deorsum flexus. *Abdomen* fuscum ad latera subtus macula acuta, in singula incisura alba. *Oris* labium obtusum.

Faun. 3. 2.

Vesperii circumvolitans. Exedunt radices segetis Larvæ; Scarabæi folia arborum, Fagi, aliarumque. Meleagridibus gratus cibus & vespertilionibus.

Antennæ lamellis 6. f. 7. reliquis 3.

Obs. in Copula ano feminæ mas pendet. F.

Solstitialis, 44. Sc. scut. (le solstitial) muticus testaceus, thorace villosa, elytris luteo pallidis: lineis tribus albis parallelis. *

Mouff. inf. 160. f. 3.

Pet. gaz. t. 22. f. 9.

Raj. inf. 380. n. 2.

Scop. 3.

List. mut. 18. f. 17.

Frisch. inf. 9. t. 15. f. 3.

De Geer. 21.

Geoff. 7. Le petit hanneton d'automne.

Fab. Melolont. 7.

Poda gr. p. 21.

Enum. 12.

Voet. scar. t. 6. f. 41. 52.

Schæff. icon. t. 93. f. 3.

— t. 23. f. 7?

Hab. in Europa, Gallia. Volitat vesperi imprimis.

Desc. Totus testaceus, oculi nigri, antennæ lamellatæ: pectus & abdomen hirsuta. Elytra pallidiora, glabriora, lineis albis tribus longitudinalibus, quæ in mortuo sæpe disparent.

Faun. 393.

Obs. 1. Variat colore viridi & cæruleo, teste D. Geoff. non vidi.

Obs. 2. Cum scar. Frischii ne confundas.

Hemipterus. 45. Sc. scut. (la tarriere) muticus, thorace tomentoso rugis duabus longitudinalibus marginato, elytris abbreviatis.

Geoff. 12.

Fab. 4. Trichius hemipt.

Scop. 28.

Enum. 22.

Voet. scar. t. 10. f. 88. -- 90.

Schæff. icon. 46. fig. 10. 11. Mas, anf. variegatus. D. Scop. ?

Hab. in Germania. P. Forskal. In Gallia. Clypeus apice emarginato. Antennæ piceæ. Corpus nigrum. Thorax marginatus, planiusculus, rugis duabus longitudinalibus elevatis. Elytra abdomine dimidio breviora. Abdomen pone elytra sæpe cinereum. Plantæ piceæ. Aculeus ani feminæ ferratus, exsertus.

Farinosus. 46. Sc. scut. (l'argenté) muticus niger poliline virescente, elytris abbreviatis.

*Faun. suec. 399. **

Scop. carn. 9. Scarabæus argentus.

Poda inf. 20. Scarabæus argenteus.

Hab. in Europea. In Gallia. V.

Scop. Argentus 9.

De Geer. 13.

Poda gr. 20.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Magnitudo fere scar. horticolæ; totus niger, obtusus, adspersus & fere tectus atomis viridibus; elytra abdomine breviora. Faun. 399.

Obs. Certe farinosus Linn. est scar. argenteus Scop. & non l'écailleux violet Geoff. In ultimo tibiæ anticæ, tridentatæ, in illo bidentatæ. Abdomen scar. argentei fuscum aut nigrum, sed non supra lutescens, ut in squamoso violaceo; inde duæ species. V.

Squamosus. 47. Sc. scut. (l'écailleux violet) violaceus squammis subtus argenteis, supra violaceis, tibiis anticis tridentatis. V.

Geoff. 13.

Hab. in Gallia.

Desc. Statura præcedentis, sed abdomine supra lutescente, & tibiis anticis tridentatis.

Obs. 1. Aquâ calida imbuta color cœruleus in vivacissimum viridem transit. F.

Obs. 2. Turmatim volitant, raro foli reperiuntur. V.

Pulverulen-48. Sc. scut. (pulverulent) polline virescente argenteo, elytra pedibusque testaceis. F.

Fab. Melolont. pulverulenta.

Hab. Strasburgi. F. In Gallia A. V.

Desc. Duplo minor scar. farinoso.

Squalidus. 49. Sc. scut. (le mal-propre) muticus, niger hirsutus, thorace subcarinato.

Scop. 13. Scarabæus, squalidus.

Voet. t. 4. f. 33.

Fab. 5. Cetonia β . 50.

Hab. in Germania. In Gallia A. V.

Desc. Simillimus Sc. hirtello, paulo major, supra niger: thoracis lateribus pilosis. Elytra immaculata pilosa.

Obs. Hunc & hirtellum junxit Fab. sed non rite, nam clypeo differunt. V.

Hirtellus. 50. Sc. scut. (l'heriffé) muticus hirtus testaceo nigricans, elytris pallido maculatis.

Scop. carn. 8. Scarabæus hirtus.

Poda inf. 21. Scarabæus hirtus.

Voet. scar. t. 4. f. 34.

Enum. 19.

Hab. in Germania. In Floribus Syngenesiis Viennæ & in Gallia. V.

Corpus *S. fasciato* dimidio minus, nigricans, obteñum pilis fluvicantibus, ut vix conspiciatur, elytra tamen minus. Elytra adpersa maculis parvis, difformibus, albicantibus, circiter septem. Clypeus emarginatus.

Fasciatus. 51. Sc. scut. (la livrée d'Ancre) muticus niger tomentosus-flavus, elytris fasciis

duabus luteis coadunatis. * *Scop. carn.* 5.

Mouff. inf. 161. f. 6.

Schæff. icon. t. I. f. 4.

Fab. Trichius fasciatus 1.

Geoff. 16.

Schæff. icon. 1. f. 4.

De Geer. 27.

Drury inf. 1. t. 36. f. 2.

Enum. 16.

Voet. scar. t. 5. f. 43.

Hab. in Europæ Floribus Syringæ, Filipendulæ. In Gallia. Ibid.

Desc. Caput & thorax nigricantia pilis densis erectis griseis, uti abdomen & pedes Elytra pallide grisea, fasciis tribus nigris, quarum intermedia angustior, interrupta; reliquis latioribus coadunatis & futuras elytrorum pre-reptantibus. Faun. 395.

Obj. 1. Interdum elytra glabra absque lineola ista intermedia interrupta.

Obj. 2. In his regionibus, elytris luteis. V.

Brunnus. 52. Sc. scut. (le fauve) muticus testaceus, elytris striatis, thorace utrinque puncto notato.

De Geer. 23.

Forte icon. 151. f. 4.

Fab. Melol. 26.

Enum. 1.

Geoff. Le scarabé fauve aux yeux noirs.

Voet. scar. 7. f. 53. 54.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Ferrugineus totus: oculis folis nigris. V.

Eremita. 53. Sc. scut. (l'hermite) muticus æneo-ater, thorace inæquali, scutello sulco longitudinali.

Scop.

Scop. carn. 15. scarabæus eremita.

Ræf. inf. scar. 1. t. 3. f. 6.

De Geer 28. coriarius.

Schæff. icon. 26. f. 1.

Enum. 14.

Voet. scar. t. 3. f. 21.

Hab. in Europa A. fragrans corio Ruffico.

In ligno falicis Gallix A. larva reperitur.

Clar. De Geer hunc scar. incognitum

Linnæo & ceteris entomologicis affir-

mat & mirum; nam edit. 12. sist. nat.

citatur, in qua legitur *scarabæus ere-*

mita, qui certe coriarius est. V.

Clypeus quadratus marginibus elevatis.

Thorax rugis duabus, elevatis, longi-

tudinalibus. Elytra non glabra. Tibiæ

omnes aculeatæ. Differt a S. variabili,

quod triplo major; quod Thorax antice

rugis duabus elevatis, quod clypeus

capitis non emarginatus, verum supra

antennas tuberculo eminens; quod

non pubescens sub pedore.

Auratus. 54. Sc. scut. (l'éméraudine) muticus auratus, segmento abdominis primo lateribus unidentato, clypeo planiusculo.

* *Scop. carn.* 17.

Hæffn. pict. t. 6. f. prior.

Raj. inf. 76. n. 7.

Frisch. inf. 12. t. 3. f. 1.

Pet. gaz. t. 23. f. 12.

Worm. mus. 32.

Amiral. inf. t. 12.

Schæff. icon. t. 26. f. 7. - t. 50. f. 9. an?

De Geer, 25. bene.

Geoff. 5. male.

Fab. cetonia aurata 4.

Enum. 14.

Hab. in Europæ acervis formicarum,

plantarum; delectatur floribus Pæoniæ;

Insect. Tomus I.

C

*Sorbi aucupariæ , Succo stillante
Quercus.*

*Pectoris latera postice in dentem exeunt.
Sternum porrectum.*

Icones fere illusoriæ , inde timide citandæ. V.

*Obs. 1. Variat 1°. Foveolis thoracis albis.
2°. Elytris immaculatis , nec non punctis
lineolis que albis tranversis variegatis ,
3°. pectore virescente , 4°. segmentis
abdominis 3. 4. 5. pari punctorum
alborum.*

Obs. 2. Subtus caput , thoraxque villosa.

*Obs. 3. Tactus liquorem foetidissimum
per anum ejicit.*

Obs. 4. Larva cæca. Teste de Geer.

Variabilis 55. Sc. scut. (le variable) muticus lævis
opacus ater , elytris albo punctatis. *

Ræf. inf. 2. scarab. 1. t. 3.

Fab. cet. 7.

De Geer , scar. 29.

Schæff. icon. t. 198. f. 8.

Voet. scar. t. 5. f. 4.

Hab. in Europæ quercubus rarius.

*Desc. Simillimus scár. nobili sed totus
ater , nisi quod in elytris puncta ali-
quot rariora alba hinc inde occurentia.*

Faun. 402.

*Obs. 1. Mas fœmina quadruplo minor ,
variatque colore aureo & rubro.*

*Obs. 2. Hic , teste de Geer , est le drap
mortuaire. Geoff. Sed an rite? V.*

Nobilis 56. Sc. scut. (le verdet) muticus lævis au-
ratus , abdomine postice albo punctato.

* *Scop. carn. 18.*

Ræf. inf. 2. scar. 1. t. 3. f. 3. 4. 5.

*Uddam. diff. 1. Scarabæus viridi æneus ,
thorace fulcato , elytris rugosis.*

Schæff. icon. t. 202. f. 4.

Geoff. 6.

Fab. cetonias 8.

Enum. 15.

Voet. scar. t. 3. f. 18.

Hab. in Europæ Floribus, præsertim in umbelliferis.

Desc. Scar. aurato dimidio minor. totus aurato-fericeus nec glaber; abdomen ad latera & postice albo punctatum.

Elytra atomis albis adspersa. Faun. 401.

Obs. Larva grisea, capite sanguineo, supra & infra viridis. V.

Quisquilius. 57. Sc. scut. (des immondices) ater, glaber, elytris livido-testaceis.

Scop. carn. 29. Scarabæus minimus.

Enum. 19.

De Geer, 18.

Fab. 91.

Hab. in Europæ quisquiliis. In Gallia. V.

Desc. Magnitudo seminis milii, ovatus, glaber, facie scar. Pedes picei S. ferruginei. Elytra flavescence livida.

Faun. 397.

Obs. Inter scutellatos apud D. F. Noster scutellum non habet. V.

Quadri- 58. Sc. scut. (le quadrille) muticus niger oblongus, elytris maculis duabus rubris. *

Fab. 86.

Hab. in Europa. In Angliæ stercore. F.

Ibid. In Gallia. V.

Desc. Corpus oblongum, nigrum; capitis clypeus intrusus. Elytra striata; macula in angulo elytrorum ad basin & major versus apicem elytri. Magnitudine oryzae. Faun. 398.

Plagiatus. 59. Sc. scut. (à taches pourprées) muticus

niger elytris plaga rufescente.

Fab. 87.

Enum. 28.

Hab. Upsaliæ. In Gallia. V.

Obs. Varietas forte scar. subterranei. F.
Corpus magnitudine oryza, nigrum. Elytra striata, in singulis macula oblonga, purpurascens, juxta futuram dorsalem.

Rufipes. 60. Sc. scut. (le jayet) muticus ater, antennis pallidis, elytris levibus. *

Fab. 84.

De Geer, 7.

Geoff. 21.

Enum. 30.

Hab. in Europæ stercoreatis. In Gallia.

Simillimus scar. subterraneo, sed elytra striis minime crenatis & thorax minus Gibbus.

Desc. Est e parvis, licet non e minimis. Totus ater, glaber, capitis clypeo obtuso. Antennæ summo apice præsertim rufæ, alias fusco pallidæ. Pedes extimis articulis rufo-pallidi. Elytra striata, nigra, postice obtusa S. inæxa. Ala longæ. *Faun.* 403.

. *Ex nost. Mus.*

Superbus. 61. Sc. scut. (le superbe) muticus supra & infra viridi-auratus.

Hab. in Gallia A. Sed non frequens.

Desc. Major scar. aurato, pectus non pilosum. An æruginosus Lin. ?

Morio. 62. Sc. scut. (le morio) niger totus, elytris modo adpersis lineolis albis, mod. immaculatis.

Schæff. icon. t. 26. *f.* 5. 6 ?

Variabilis scar. an varietas ?

Hab. in Galliæ Floribus umbellatis.

Obf. Forte cetonia funesta. D. F.

Ex spec. D. Fab.

Testudina- 63. Sc. scut. (la tortue) niger , elytris
rius. fulcatis , piceis , ferrugineo-punctatis.

*Hab. in Anglia. D. Solander. In Gallia
A. V.*

Merdarius. 64. Sc. scut. (fouille-merde) ater , elytris
testaceis , fatura nigra.

*Hab. in Europæ stercore. Ibid. In Gallia
A. V.*

Porcatus. 65. Sc. scut. (le fillonné) fuscus , elytris
porcatis.

Hab. Lipsiæ in stercore.

Asper. 66. Sc. scut. (le chagriné) capite thoraceque
transversim fulcatis , elytris striatis.

Hab. in Europæ putridis.

Flavipes. 67. Sc. (à pattes jaunes) nigricans , tho-
racis marginibus , elytris pedibusque
flavescentibus.

Hab. Lipsiæ. De Leske.

Ruficornis. 68. Sc. (à antennes rouffes) villosus ;
testaceus , abdomine albicante.

Voet. scar. t. 6. f. 50.

Hab. in Germania. D. de Hattorf.

Forte scar. solstitialis. varietas.

Oblongus. 69. Sc. (oblong) glaber , niger , elytris
obsolete striatis. Mel. 9.

Enum. 21.

Scop. ent. carn. 19.

*Hab. in Germania Australiori. In Gal-
lia. V.*

- Frischii. 70. Sc. (le cuivreux) nigro-æneus, elytris testaceis. *Mel.* 33.
De Geer, le cuivreux.
Voet. scar. t. 6. f. 55. -- t. 7. f. 58.
Hab. in vite, rosa Germaniæ. D. Banks.
 In Gallia, frequens circa Lugdunum in falicibus. V.
Obs. Variat colore viridi, cœruleo, viridi-testaceo, elytris rarius thoraci concoloribus. V.
- Vitis. 71. Scar. (le vigneron) viridis, thoracis lateribus flavis. *Mel.* 34.
Scop. 4.
Voet. scar. t. 6. f. 56. 57.
Sultz. hist. inf. t. 1. f. 11.
Schæff. icon. 23. f. 6. 7. an?
Hab. in Europæ, Americæ vite. In Gallia. V.
Variat Elytris testaceis.
- Arvicola. 72. Scar. (le payfan) capitis clypeo reflexo, corpore nigro immaculato. *Mel.* 42.
Hab. in Sibiria. In Gallia. V.
- Praticola. 73. Scar. (le berger) thorace nigro flavo vario, subpiloso elytris testaceis. *Mel.* 43.
Hab. in Sibiria. Mus. D. Banks.
- Ruricola. 74. Scar. (le campagnard) ater fericeus, elytris rufis, margine nigro. *Mel.* 45.
Geoff. 15.
Hab. in Angliæ graminosis. Ibid. circa Lugdunum. V.
- Humeralis. 75. Scar. (à épaulette) ater, elytris basi punctoque medio pallidis. *Mel.* 68.
Hab. in Europæ gramineis.

Hirtus. 76. Scar. (velu) capite thoraceque viridibus, elytris fuscis. *Mel.* 72.
Hab. in Sibiria. D. Banks.

Vulpes. 77. Scar. (le renard) aureus, fulvo-hirtus abdomine ferrugineo. *Mel.* 73.
Hab. in Sibiria. D. Banks.

4-Puncta-78. Scar. (à quatre points) niger, thorace punctis quatuor albis. *Cet.* 8.

Villofus. 79. Scar. (laineux) testaceus, clypeo marginato reflexo, corpore subtus lanato. *Mel.* app. 3. -- 2.
Hab. in Italia. D. Allioni.

Abdomi-80. Scar. (à ventre velu blanc) capite nalis. thoraceque cæruleo piloso, elytris testaceis, abdomine albo villoso. *Mel.* app. 41. -- 2.
Hab. in Italia. D. Allioni.

Ex enum.

Copris. 81. Scar. (le boufier) niger, elytris margine omni nigro.
Hab. in stercore bovino Viennæ, verno tempore. In Gallia. V.
An ruricola. D. F.?
Hab. Viennæ.

Chrysome-82. Scar. (chrysomeloide) fuscus, elytris loides. striatis, pubescentibus. Tormentoso tenuissimo.

Alpinus. 83. Sc. exc. (des Alpes) capitulo antenarum bipartito.
Scop. ent. car. n. 21.
Hab. ad Viennam verno tempore in stercore vaccino.

Ex icon. D. Schæff.

Cæruleus. 84. Scar. (bleu) cæruleus, antennis rufis
icon. 222. f. 3.
Hab. in Europa.

Ex ent. Paris.

Sulcatus. 85. Scar. (à côtes) ater, supra costis elevatis
 tribus.
Hab. in Gallia.
Obs. An scar. ?

Ex ent. D. Scop.

Variega- 86. Scar. (varié) albo nigroque varius
 tus.
 est, ani regio cinerea punctis binis
 atris.
Hab. in Umbella Chærophylli Sylvestris.
*Obs. Accedit hemiptero Linn. sed idem
 non est.*

Minimus. 87. Scar. (le nain) lucidus totus & levis,
 elytris-substriatis, castaneis.
*Hab. in foliis Europæ plantarum. In
 Gallia. V.*

Ex nostro mus.

Punctatus. 88. Sc. scut. (le ponctué) niger, thorace
 punctis concavis exarato, elytris punct-
 tatis, striis tribus obliquis convergen-
 tibus. t. 1. f. 3.
Hab. in Occitania circa Nemausum.
*Desc. Statura sc. pillularii, femoribus
 posticis crassis, tibiis anticis 4-dentatis.*



GENUS II.

LUCANUS. *Antennæ* clavatæ : clava compressa
latere latiore pectinato-fidili,
Maxillæ porrectæ, exsertæ, dentatæ.

Cervus. 1. L. scut. (le grand cerf-volant) maxillis
exsertis apice bifurcatis latere uniden-
tatis.

Faun. suec. 1. n. 377. Scarabæus corai-
bus duobus mobilibus æqualibus apice
bifurcatis : introrsum ramis denticulif-
que instructis.

Scop. carn. 1. lucanus cervus.

Mouff. inf. 148. cervus volans.

Aldr. inf. 151. f. 1.

Hoff. inf. 1. 6.

Worm. mus. 242.

Jonst. inf. 1. 14. f. 1. 2.

Mer. eur. 1. 168.

Raj. inf. 74.

Olear. mus. 1. 16. f. 5. taurus volans.

Raf. scar. 1. 1. 4. 5. f. 7. 9.

Imperat. nat. 924. f. 3.

Sultz. inf. 1. 1. f. 4.

β Scarabæus maxillis lunatis prominentibus
dentatis, thorace inermi. *Faun. suec.*
338. (fœmina.)

Raf. inf. 2. 1. 5. f. 8.

Imperat. nat. 925. f. 1. 2.

Gron. zooph. 446.

Schæff. elem. 1. 9. f. 1.

Lucani Larvæ in ligno putrido vitam degunt, fructum prætilium
Scarabæis. Luc. interruptus & Sc. vulgaris adeo inter se affines,
ut dentis antennarum non à genere, sed specie etiam differantur;
hinc ambo genera nimis inter se affinia.

Fab. 1.

Voet. scar. t. 29. *f.* 1. 3.

— *t.* 29. *f.* 2. 4. *fœmina.*

Schæff. 133. *f.* 1. 2.

Enum. 31.

De Geer, 1.

Geoff. Le grand cerf-volant; la grande biche.

Hab. in Europæ ligno quercino putrido.

Desc. Fœminæ magnitudo uti maris, os prominens maxillis duabus lunulatis, nigris, angulatis, prominentibus, a latere interiore duplici denticulo armatis, qui denticuli in utraque maxilla duo s. pares, quorum unus inferior, alter superior. *Thorax* lævis, convexus, niger, marginatus, absque ullis elevatis marginibus. *Elytra* lævia nigro subpurpurascentia marginata. *Pedes* ferrati. *Thoracis* margines antici & postici villis cæsiis instructi. *Faun.* 405.

Cornua officinalia sunt. Maxillæ, in hac specie majores, speciosæ.

Varietas β pro distincta specie habetur a *D. Geoff.* quæ fœmina, observante. *Ræf.*

Obs. 1. Lucani fœmina adhuc incerta; nam *Geoff.* vidit copulatos quos vocat fœminas cervi *ent. part.* 2. *Ræfel* e contra, platyceros 1. 2. *Geoff.* in copula observavit.

Obs. 2. Cornuum usus quis? Sub capite linguæ qua liquorem saccharinum foliorum sumit.

Paralleli- 2. L. scut. (le parallelipede) depressus, pipedus. niger, maxillis dente laterali elevato.

Schæff. elem. t. 101. *f.* 1.

Voet. scar. t. 29. *f.* 7.

Schæff. t. 63. *f.* 7.

De Geer, 2.

Fab. 6.

Enum. 33.

Geoff. La petite biche.

Hab. in Germania, Gallia.

Ita similis facie, structura, antennis & omnibus S. Cervo. fœminæ, ut nisi 8. ies minor esset, eundem dicerem; sed color ater, non purpurascens - niger, & corpus magis depressum.

Obs. Differt a fœmina præcedentis duobus tuberculis lævibus elevatis in medio capitis.

Caraboides. 3. L. scut. (la chevrette bleue) cœrulescens, maxillis lunulatis, thorace marginato. *t. I. f. 4. **

Uddm. diff. n. 40. carabus cœrulescens.

Scop. carn. 2. lucanus caraboides.

Schæff. icon. t. 6. *f.* 8.

De Geer, 3.

Voet. scar. t. 29. *f.* 8.

Fab. 9.

Geoff. 4.

Hab. in Europa, Gallia.

Desc. Statura carabi minoris, cœrulescenti-niger. *Thorax* marginatus. *Maxillæ* prominentes, lunatæ. *Antennæ* capitulo latere 4-foliato. *Pedes* nigri. *Femora* antica ad basin macula alba mutilata. *Faun.* 407.

Obs. 1. Variat colore viridi & cœruleo.

Obs. 2. *Platycerus fuscus Geoff.* 5, est tenebrio caraboides Linn.

Obs. 3. In *Ent. Paris. n°.* 6. legitur *platycerus pigmæus*. Non vidi, sed ad hoc genus pertinere non videtur.



G E N U S III.

DERMESTES. *Antennæ* clavatæ : capitulo perfoliato : articulis tribus crassioribus.

Thorax convexus vix marginatus.

Caput sub thorace inflexum condens.

Dermestes t. I. f. 5.

Lardarius. I. D. (du lard) niger , elytris antice cinereis. *Scop. carn.* 34.

Gæd. inf. 2. t. 42.

Blank. inf. t. II. f. K. L. M.

Raj. inf. 107. n. 4.

Mer. inf. 2. t. 33.

Frisch. inf. 6. t. 9.

Fab. I.

De Geer, I.

Schæff. elem. t. 7. f. I. 2.

— *icon.* t. 42. f. 3.

Geoff. entom. 5.

Enum. 40.

Hab. in Europæ animalibus, lardo, carnibus, repositoriis culinariis infestus.

Elongatus. 2. D. (l'alongé) niger , elytris basi fasciaque postica lividis , antennis pedibusque ferrugineis.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Insectum fere filiforme est.

Desc. Corpus reliquis congeneribus longius , cylindricum. *Thorax* cum capite

Dermestis Larvæ exedunt & destruunt Animalium cadavera , res culinares , Pelles , Cortices , Ligna , Semina & pleraque alia .

longitudine posterioris corporis. *Caput* antice supra exaratum & quasi fissum. *Thorax* cylindricus, latus. Elytra basi ad $\frac{1}{3}$ livida & fascia versus apicem obsolete livida. *Antennæ* clavatæ, clava triarticulata. *Pedes* etiam ferruginei, brevisculi. *Faun.* 409.

Undatus. 3. D. (ondé) niger, elytris fascia alba lineari duplici undulata. *

Fab. 6.

De Geer, 5.

Schæff. icon. t. 157. f. 7.

Hab. in Europæ putridis. In Gallia. V.

Desc. Magnitudo, figura, facies. D. lardarii, sed elytra duplici linea transversa alba & undulata notata, quarum altera ab altera valde remota. *Faun.* 410.

Pellio. 4. D. (le pelletier) niger, coleoptris punctis albis binis. * *Scop. carn.* 37.

Frisch. inf. 5. t. 8.

Sultz. inf. t. 2. f. 5. 6.

De Geer, 3.

Geoff. 4.

Raj. inf. 85. 35.

Schæff. icon. t. 42. f. 4.

Enum. 48.

Hab. in Europæ cibariis, pellibus.

Desc. *Corpus* ovatum atrum. Punctum album in singulo elytro, ut & clausis elytris duo puncta alba in dorso apparent. Sunt tamen, si probe adspicias, 5. alia puncta alba, S. unum ad scutellum dorsale, unum utrinque ubi pectus adnectitur elytris, & unum lineare in singulo elytro versus ejus basin, quæ quinque puncta minima sunt & in quibusdam plane absunt, excepto puncto scuti. *Venter*, *Pedes*

& *Antennæ* clavatæ, omnia atra. Tactus, terrefactus, aut ubi periculum videt, contrahit pedes & caput. *Faun.* 411.

Capucinus. 5. D. (le capucin) niger, elytris abdomineque rubris, thorace emarginato retuso. *

Fab. Bostrichius 1.

Sulz. hist. inf. t. 2. f. 5. 6. c.

Geoff. Bostriche Capucin.

Enum. 38.

Schæff. elem. t. 28. -- icon. t. 189. f. 1.

Hab. in Europæ & Galliæ truncis, parietibusque ligneis.

Desc. Major reliquis nostratibus. *Caput* parvum, angustum, basi retractile sub & intra thoracem, atrum. *Antennæ* nigræ sex articulis & clava tribus articulis, apice truncatis turbinatis. *Thorax* niger, convexus, scaber & fere muricatus, dorso retusus, anticeque emarginatus margine ciliato. *Scutellum* minimum, nigrum. *Elytra* rubra, excavato-punctata, & fere rugosa. *Abdominis* 4. segmenta postica rubra. *Pedes* nigri. *Faun.* 416.

Typogra- 6. D. (typographe) testaceus, pilosus, elytris striatis retulis præmorso-dentatis.

It. æl. 26. 195.

Raj. inf. 100. n. 10. Scarabæus.

Fab. Bostrichius 3.

De Geer, ipf. 1.

Enum. 42.

Müll. Lin. Nat. cl. v. p. 103.

Hab. in Europa intra cortices truncorum labyrinthos formans. In America Kalm. In Gallia. V.

Desc. *Antennæ* clavatæ, nec perfoliatæ,

nec fissiles, sed apice ovato, solido, compresso. *Elytra* striata, postice retusa, marginata, tridentata. *Faun.* 418.

Calcogra- 7. D. (calcographe) ater, elytris præmorfo-
phus. dentatis rufis : lateribus basique nigri-
cantibus. *

Fab. Bost. 4.

Obs. Triplo minor. D. typographo.

Hab. in Europæ truncis arborum. *Ibid.*
In Gallia. V.

Desc. Simillimus sequenti. *Antennæ* testa-
cæ. *Corpus* glabrum. *Elytra* præmorfo-
dentata, rufa, sed basi & lateribus
nigra. *Faun.* 417.

Micogra- 8. D. (micographe) testaceus glaber, tho-
phus. race nigro, elytris apice retuso den-
tatis.

De Geer, ips. 4.

Hab. in Europa intra cortices arborum
emortuarum. In Gallia. V.

Desc. *Corpus* nigrum, teres, magnitu-
dine pediculi. *Antennæ*, *Elytra*, *Pedes-*
que testacea, elytra versus apicem pilis
longis adspersa. *Faun.* 419.

Polygra- 9. D. (polygraphe) testaceus, pilosus, ely-
phus. tris glaucis obtusiusculis. *Faun.* 420. *

Müll. Lin. Naturf. cl. v. pars 1. p. 104.

Fab. Bost. 5.

Enum. 58.

De Geer, ips. 5.

Hab. in Europa sub arborum corticibus :
labyrinthis pinnatis. *Ibid.* In Gallia. V.

Desc. Minor præcedenti, cylindricus.
Elytris non striatis, magis glaucis,
postice obtusis, vix rufis. *Faun.* 420.

Piniperda. 10. D. (le destructeur du pin) niger sub-

villosus, elytris piceis integris, plantis rufis. *

Fab. Boff. 7.

De Geer, ipf. 2.

Hab. in Europæ ramulis inferioribus pini, quos perforat, exsiccat, unde naturæ hortulanus in hac parte.

Desc. Magnitudo derm. typographi. *Elytra* striata subvillosa, non retusa. *Plantæ pedum solæ ferrugineæ.* *Faun.* 421.

Domesticus. 11. D. (domestique) niger, elytris griseis margine nigris, thorace villosus. *

De Geer, ipf. 6.

Geoff. Birrus domesticus Entom. Par. 1.

Hab. in Europa. In Gallia domibus. V.

Desc. Corpus parvum, cylindraceum.

Pectus crassum, subrotundum, nigrum, subhirsutum. *Elytra* oblonga, apice obtusa, testacea margine circumcirca nigra. *Alæ* fusco-albæ. *Abdomen* & *Pedes* nigri. *Antennæ* rufescentes. *Clavis* elytris videntur coleoptra grisea, sutura nigra, marginibus lateralibus versus ventrem nigris; regio ani supra elytra nigra. *Thorax* valde gibbus, fere hemisphæricus. *Magnitudo* majoris pediculi. *Tactus* se contrahit, nec sese movet. *Faun.* 424.

Obs. In plerisque thorax non pilosus, nec elytra grisea.

Violaceus. 12. D. (violet) nigro-cærulescens, thorace villosus. * *Scop. carn.* 51.

Faun. suec. 373. Dermestes nigro-cæruleus.

Fab. 13.

De Geer, clerus 4.

Geoff. Le clairon bleu.

Enum. 45.

Hab.

Hab. in Europa cadaveribus inhians. In Gallia ubique.

Desc. Magnitudo feminis orizæ, totus supra cæruleus. *Subtus* nigricans. *Thorax* pilosus. *Faun.* 422.

Hirtus. 13. D. (l'hérissé) ater hirtus.

Enum. 39.

Scop. 131.

Müll. Lin. Nat. cl. v. p. 106.

Fab. *Hirpa hirta* 6.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Magnitudo D. Undati, totus ater; capite, thorace, elytrisque pilis erectis nigris hirtus. *Syst. nat.*

Fenestralis. 14. D. (l'épineux) castaneus, capite nigricante, thorace fusco. *

Scop. 40.

Enum. 59.

De Geer, ips. spinosus 7.

Geoff. Pellucidus. Entom. parif. 22.

Fab. D. 24.

Hab. in Europa. In Gallia floribus umbellatis & in fenestris primo vere.

Desc. Corpus totum pulice minus est, oblongum, nec obtusis elytris, pedes pallidiores ipso corpore: color corporis totius e nigro castaneus, excepto capite nigricante. *Faun.* 423.

Melanoce- 15. D. (la tête noire) niger ovatus glaphalus.

Fab. Sphæridium 6.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Totum corpus non superat pulicem. Facies omnino scar. sed antennæ horizontaliter perfoliatæ; totum corpus, alis, thorace, capite, antennis atrum;

Insect. Tomus I.

D

sola *elytra* castanei coloris sunt. *Silphis* affinis. *Faun.* 425.

Scarabæoi- 16. D. (scarabéoïde) ovatus ater glaber, des.

elytris maculis duabus obsolete ferrugineis. * *Scop. carn.* 36.

Gadd. satag. 76. *Scarabæus* ovatus niger glaber, maculis 2 rubris in singulo *elytro*.

Enum. 43. *Quadrimalatus*.

Fab. Sphæridium 1.

Geoff. Hortensis. Ent. par. 17.

Hab. in Europa. In Galliæ Floribus.

Obs. Simillimus *scar. quisquilio. Elytra* antice & pedes fusca.

Desc. Magnitudo femin. *oryzæ*; facie *scar. niger*, glaber, agilis: in *elytris* macula ferruginea in apice & basi. *Pedes* fetis rigidis spinosâ. *Faun.* 428.

Murinus. 17. D. (nébuleux) tomentosus oblongus fusco cinereoque nebulosus, scutello luteo. * *Scop. carn.* 35.

Frisch. inf. 4. t. 18.

Fab. Derm. 10.

Enum. 41.

Geoff. 7.

De Geer, 2.

Schæff. icon. t. 42. fig. 1. 2.

Voet. scar. t. 31. f. 11.

Müll. Lin. Nat. cl. v. part. 1.

Hab. in Europæ cadaveribus. Ibid. In Gallia.

Subtus ex nigredine albus.

Obs. *Corpus* oblongum, convexum, murini coloris, cinereum S. potius nigrum, incano maculatum, læve, non striatum; superficies (lente visa) hirsuta. *Scutellum* dorsi flavescens. *Pectus* & *Abdomen* subtus alba. *Antennæ*

compressæ, perfoliatæ. *Caput non retrahit, sed pectore prominet incurvato capite. Datur alia duplo major magis nigricans. An fœmina? Complicat pedes miro artificio: complicatus ovatus est. Faun. 426.*

Paniceus. 18. D. (le boulanger) ferrugineus, oculis rufis. *

Fab. Derm. 18.

Frisch. inf. 2. 36. t. 8.

Hab. in Europæ pane, quem exedit.

Magnitudo milii, obtusus, totus castaneus, etiam antennis, vix villosus. Oculi magis rubent.

Desc. Oculi rufi; similis derm. fumato, sed thorax latior. Faun. 431.

Ferrugineus. 19. D. (le ferrugineux) oblongus ferrugineus semicylindricus, elytris abbreviatis. *

Fab. Nitidula 6?

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Magnitudine oryzae, totus lævis, elytris abbreviatis. Thorax quadratus: caput magis obscurum. Faun. 433.

Fumatus. 20. D. (du fumier) oblongus glaber testaceus, oculis nigris.

Geoff. Paris. 1. p. 104. n. 12.

De Geer, ipf. Du fumier. 3.

Fab. Derm. 16.

Enum. 60.

Müll. Lin. Nat. cl. v. part. 1. p. 108.

Scop. 59.

Ent. par. 12.

Hab. in Europæ viis, imprimis in fimo equino, primo vere frequens. Ibid. In Gallia. V.

Desc. Corpus magnitudine pediculi. Faun. 432.

Pedicularius. 21. D. (pédiculaire) oblongus testaceus; elytris abbreviatis. *

Faun. suec. 1. n. 441. Chrysomela dilute testacea hemiptera.

Enum. 56.

Fab. Sphæridium. 12.

Müll. Lin. Nat. cl. v. p. 108.

Hab. in Europæ Floribus frequens. Ibid.
In Gallia V.

Desc. Magnitudo pediculi. *Corpus* oblongum, læve; *antennæ* parum clavatæ: *elytra* non friata, sed truncata, abdominis duobus articulis breviora.

Faun. 434.

Pulicarius. 22. D. (la puce) oblongus niger, elytris abbreviatis, abdomine acuto.

Raj. inf. 108.

Fab. Sphæridium. 12.

Geoff. Antr. pulicarius. Ent. par. 4.
apud *Fab.*

Enum. 54.

Geoff. Clerus villosus. Enum.

Müll. Lin. Nat. cl. v. p. 108.

Synonymiâ præced. adparet der. pulicarium diverse judicatum fuisse. Ipse Linnæus eadem verba adhibet pro hoc dermeste & pro *silpha*, pulicaria; inde iucertitudo. In *silpha* pulicaria, thorax & elytra parum marginata sunt quod non in *derm. pulicario*; error igitur in citatione *Fabr. & derm. pulicarius* optime pro *clero villoso* sumptus in *enum. V.*

Hab. in Floribus, cursitans, agile volans.

Desc. *Corpus* oblongo-ovatum, atrum, magnitudine majoris pediculi. *Abdomen* planum, apice acuminatum, elytris longius. *Antennæ* clavatæ, perfoliatæ. *Alæ* fuscæ, *Faun.* 435. & non 370.

Pfyllius. 23. D. (de l'herbe aux puces) ovatus niger , abdomine obtuso , thorace elytrisque marginatis.

Enum. 51.

Fab. Nitidula. 12.

Geoff. Antribus lævis. 6. *Enum.* sed an rite ?

Hab. in Floribus. In Gallia. V.

Desc. Magnitudo *derm.* pulic. sed ovatus , obtusus , ater , lævis. *Thorax* & *Elytra* valde marginata. *Antennæ* clavatæ , licet horizontaliter fissiles. *Faun.* 436.

Scanicus. 24. D. (le scanien) fuscus thorace testaceo.

Fab. 22.

Hab. in Europa. In Suecia. F.

Desc. Magnitudo pediculi. *Corpus* totum fuscum. *Antennæ* clavatæ , perfoliatæ. *Thorax* & elytrorum basis obscure testaceis. *Faun.* 437.

Colon. 25. D. (colon) thoracis lateribus flavis , elytris griseis puncto nigro. *

Hab. in Europa. In Galliaë quisquiliis. V.

Desc. *Corpus* ovatum. *Caput* nigrum. *Thorax* fuscus lateribus flavis. *Elytra* obscure testacea. S. grisea cum puncto nigro in medio , versus apicem inferiorem. *Faun.* 438.

Niger. 26. D. (noir) oblongus pilosus niger , elytris molliusculis.

Fab. Anobium nigrum. *Lagria* nigra.

App. 13 -- 14.

Scop. Cant. pilosa an ?

Hab. in Europa.

Desc. Magnitudo *derm.* piniperdæ , sed totus ater , elongatus , glaber , licet thorax & elytrorum apices pilis erectis.

adsperfi. *Faun.* 439.
Obs. Elytris molliusculis.

Ex spec. D. Fab.

20. Guttatus. 27. D. (à vingt points) oblongus ater,
 punctis viginti albis. *t. I. f. 5.*

Sulz. hist. inf. t. 2. f. 3.

Hab. Hallæ Saxonum. *Schaller.* prope
 Lugdunum, sed rarior. V.

Bicolor. 28. D. (de deux couleurs) oblongus niger,
 subtus testaceus. *Elytris* striatis.

Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Desc. Statura. *D. murini.* Caput nigrum.

Thorax niger, glaber, margine sub-
 testaceo. *Elytra* nigra, immaculata,
 striata. Pêdes & abdomen testacea. F.

Tesselatus. 29. D. (l'échiquier) oblongus tomen-
 tosus, fusco cinereoque nebulosus,
 abdomine fusco.

Geoff. Le velours jaune. Flavescens. *Ent.*
par. 8.

Hab. in Angliæ, Galliæ cadaveribus.

Tomentosus. 30. D. (velu) oblongus villosus, capite
 punctis duobus fuscis.

De Geer, D. 4.

Hab. in Angliæ, Sueciæ Floribus.

Testaceus. 31. D. (testacée) oculis, abdominis basi
 nigris.

Hab. in Belgio.

Stat. D. panicei, at triplo minor.

2. Pustula- 32. D. (la double pustule) ater, nitidus,
 tus. elytris macula apicis rubra, pedibus

piceis. *Sphær.* F. 2.

Hab. Kiliæ, in stercoreibus.

Fimetarius. 33. D. (fouille-merde) ater, immaculatus, elytris lævissimis.

Sphærid. 9.

Fab. Sphæridium. 11.

Hab. in Angliæ stercore. *Mus. D. Banks.*

Minutus- 34. D. (le petit strié) ater, elytris striatis, striatus. pedibus concoloribus.

Fab. Sphærid. 11.

Hab. in Anglia. *Mus. D. Banks.*

Varius. 35. D. (le varié) subvillosus, corpore nigro cinereoque vario. F.

Bostrich. 9.

Hab. Kiliæ, in Hafniæ arboretis. In Gallia. V. Antennarum clava acuminata.

Minutus- 36. D. (le petit D. lisse) elytris integris, lævis. glaber, ater, immaculatus.

Fab. Bost. 9.

Hab. Kiliæ, in boleto versicolore.

Ex Enum.

Hæmor- 37. D. (hémorroïdal) niger, nitidus, elytris rhous. sub apice rubris.

Hab. in stercore vaccino Viennæ tempore verno.

Bipuncta- 38. D. (les deux points) oblongus niger, tus. thoracis apicibus ferrugineis.

Hab. in Austria. In Gallia Australi. V.

Desc. Noster D. bipunctatus pilosus, similis D. hirto. Antennis ferratis. V.

Cathæ. 39. D. (du fouci) ovatus niger, abdomine obtuso; thorace elytris que marginatis, elytris apice rufis.

Scop. D. 49.

Geoff. Antribus bimaculatus. *Ent. par.* 5,

Obs. Magnitudo habitusque derm. psylli.

Tomentosus. 40. D. (le cotoneux) niger , cano-punctatus , thorace marginato , elytris punctato-friatis.

Hab. Circa Viennam.

Obs. *Derm.* tomentosus Fab. in capite duobus punctis fuscis gaudet.

Chrysomeloides. 41. D. (chrysoméloïde) niger , glaber , thorace subquadrato , antennis pedilufque fusco-testaceis.

Hab. Circa Viennam.

Boleti. 42. D. (de l'agaric) fuscus , thorace marginato.

Hab. in boleto varicolori & agaricibus fissilibus toto anno copiosus. Semper larva & imago adfunt.

Leucophilus. 43. D. (à pattes fauves) niger , ater , pectore elytrisque subnigris , pedibus rubris.

Geoff. *D. fulvipes. Ent. par. 21.*

Hab. in Brassica subputrida per Hyemem. in cellulis conservata. In Gallia. V.

Desc. *Corpus* ovatum pediculo duplo majus , agile. *Caput* atrum. *Pectus* & *Elytra* e rubicundo nigra. *Elytra* secundum marginem dorsalem parum prominent ubi conjunguntur. *Femora* & *Pedes* nigro-rubri. *Pectus* non teres , sed fere marginatum cassidæ ; cum chrysomelis in multis convenit *Faun.* 2268.

Obs. I. *Derm.* melanocephalo affinis , si non idem , *enim.* licet hoc insectum Linnæo cognitum & ab eodem descriptum sit , tamen D. Schrank . si bene recorder , solus memoravit , inde ad eum. *Retuli.* V.

Quercus. 44. D. (du chêne) fuscus , elytris nigris , fasciis duabus pallidis.

Hab. Viennæ, in quercu emortua.

Ex opere D. de Geer.

Tomento- 45. D. (velu) oblongus villosus, griseo-
fus.

Hab. in Europa.

Fornicatus. 46. D. (vouté) fuscus, obscurus, corpore
ovato lævi, fornicato. Antennis lon-
gissimis, elytra fubulata.

Hab. in Europa.

Obs. Genus incertum & forte ad genus
byrrh. referendum.

Atomarius. 47. D. (atome) ovatus, minutissimus,
nigro-fuscus, antennis corporis longi-
tudine, apice hirsutissimis.

Parvitate difficillime determinandus.

Hab. in Europa.

Armidilus. 48. D. (armadille) minutissimus, ovatus,
niger nitidus, thoracis marginibus pe-
dibusque rufo-fuscis pallidis.

Hab. in Europa.

Obs. Tactus, caput & abdomen sub ab-
domine retrahit.

Hæc *obs.* insufficiens ad genus deter-
minandum. V.

Ex Entom. paris.

Pallidus. 49. D. (effacé) nigro-fuscus, elytris antice
pallidioribus nebulosis.

Hab. in partibus animalium putridis.

Similis D. lardario, multo minor. Fascia
pallida nigro-punctata & male termi-
nata, in parte elytrorum anteriore.

Oblongus. 50. D. (le levrier à sries) oblongus fuscus,
elytris striatis.

Hab. in ligni domorum supellectilibus.

Contractus. 51. D. (le levrier ponctué & strié) oblongus ferrugineus , elytris punctato-striatis.

Ibid.

Auricula- 52. D. (à oreilles) tentaculis ante oculos antenniformibus mobilibus.

Hab. in aquis vere novo.

Variegatus. 53. D. (à côtes) nigro-fuscoque nebulosus , elytris vix striatis.

Hab. in corticibus cariosis.

Striatus. 54. D. (le jayet) niger subrotundus , elytris lævibus.

Hab. in Floribus.

Longicornis. 55. D. (à longues antennes) niger subrotundus , elytris lævibus.

Hab. in Floribus.

Saturatus. 56. D. (à couture) totus niger , subrotundus , thorace elytrisque profunde striatis & punctatis.

Hab. in Gallia.

Trifulcus. 57. D. (la tête noire) oblongus fuscus capite nigro , thorace costis tribus elevatis , elytris striatis.

Hab. in Gallia.

Fasciatus. 58. D. (la bande noire) oblongus niger , pedibus coleoptrisque fulvis , elytrorum fascia transversa nigra.

Hab. in Gallia.

Scapularis. 59. D. (à épaulettes) capite thoraceque rubro , elytris nigris , maculis antice extusque rubris.

Hab. in Gallia.

Pigmæus. 60. D. (nain) ovatus testaceus, subpilosus,
oculis nigris.

Hab. in Gallia.

Thoraicus. 61. D. (puce à corcelet rouge) ovatus,
capite, thorace pedibusque rubicundis,
elytris nigris.

Hab. in Gallia.

Tessudina-62. D. (la tortue noire) niger nitens ova-
rius, elytris postice lividis.

Hab. in Gallia.

Tricolor. 63. D. (la tortue à taches rouges) niger nitens.
ovatus, elytris postice, antice macula
rubra.

Hab. in Gallia.

Tessellatus. 64. D. (le marqueté) niger maculis fuscis,
plurimis connexis, elytris punctatis.

Hab. in Gallia.

Dimidiatus. 65. D. (à courts étuis) niger, elytris
dimidiatis pone flavis.

Hab. in Gallia.

Obs. Undecim ultimi dermestes non reperiuntur in historia Insect. parif. an novæ divitiæ, an insecta jam descripta? Non facile pronuntiandum. Nomina trivialia nova pleraque, inde Entom. parif. minime utilis junioribus Entomologicis. Synonymia omnino neglecta hanc entom. ambagiosam facit & nomenclaturam nimis ponderosam inutiliter cumulat. V.

Ex entom. Scop.

Carbonarius. 66. D. (le charbonnier) totus niger.

Clavæ articulus quilibet pilum e latere proferens.

Hab. in Corollis atropæ.

Obs. Thorax & elytra marginata, pſyllo D. Linn. proximus.

Variegatus. 67. D. (le varié) nigro-albo-rubroque varius.

Hab. in Floribus chœrophylli.

Cellaris. 68. D. (des caves) rufus, oculis fuscis, thorace dentato.

Hab. in Cellis vinariis ad cylindros cavos, unde vinum educitur, non rarus.

Brassicæ. 69. D. (du chou) atro-cœruleus, lucidus, punctatus, pedibus subrufis.

Hab. Copiosus in Floribus brassicæ oleaceæ & congeneribus.

Ciliatus. 70. D. (cilié) fuscus, thorace basi deflexo, oculis unico pilo ciliatis.

Hab. in Floribus laſerpitii.

Lepturoi- 71. D. (le lepturoïde) elytra truncata, des, tibiæ posticæ ciliatæ.

Hab. in Flore hellebori rosei.

Lycoperdi. 72. D. (du lycoperdon) villosus, thorace fulvo, elytris castaneis.

Hab. in Carne lycoperdi.

Cœruleſ- 73. D. (bleuâtre) atro-cœruleſcens, thorace lævi, pedibus rufis.

Hab. in Flore hyacinthi.

Plicatus. 74. D. (pliffé) fuscus, elytris obiter striatis, plica frontali tranſverſa bifida inter antennis collocata.

Hab. in Hortis.

Fasciatus. 75. D. (fascié) niger , elytris fascia longitudinali flava.

In terra. Faun. Fridr. 30.

Ex nost. Mus.

Æneus. 76. D. (le bronzé) totus æneus.

Hab. in Gallia A.

Desc. Antennæ ut in nostro derm. Bipunctato. V.

GENUS IV.

PTINUS. *Antennæ* filiformes : articulis ultimis majoribus.

Thorax subrotundus , immarginatus , caput excipiens.

Ptinus t. I. f. 6.

Pectini- 1. P. (pectiné) fuscus , antennis luteis pectinatis.

Faun. suec. 412.

Dermestes pectinicornis.

Geoff. La panache brune.

Enum. 64.

Müll. Linn. Natur. cl. v. part. I. p. III.

Hab. in Europa. In Gallia.

Obs. Antennæ longitudinaliter pectinatæ , luteæ uti pedes.

Pertinax. 2. P. (opiniâtre) fuscus unicolor,

Geoff. Byrrhus. 4.

Fab. Anobium. I.

De Geer , vrillette. 4.

Hab. in Europa , Gallia.

Desc. Insectum teres oblongum, atrum, opacum. *Antennæ* omnino fetaceæ. *Elytra* oblonga, flexilia, punctis minutissimis excavatis, octo striarum. *Clypeus* subrotundus, magis latus quam longus, superne inæqualis margine cruciato prominulo; ad angulos *thoracis* posticos s. laterales sæpe punctum villis flavum. *Abdomen* nigrum est, certo tamen ad lumen situ albus omnino adparet. *Faun.* 414.

Obs. Terebravit & destruxit sedilia mea. Attelabo formicario eradicatur. Captus mortui instar se contrahit immobilis, nec ulla tortura potest excitari in fugam aut motum, *inde nomen.*

Mollis. 3. P. (flexible) testaceus, oculis fuscis.

Geoff. Byrrhus. 2.

De Geer, Vrillette. 4.

Fab. Anobium. 2.

Hab. in Europa, Gallia.

Elytra mollia sunt.

Obs. Medius inter chrysomelas & dermestem pertinacem. *Faun.* 415.

Imperialis. 4. P. (imperial) fuscus, thorace subcarinato, coleoptris macula alba aquilam expansam referente.

Fab. Anobium. 5.

Sulz. hist. inf. t. 2. f. 7.

Hab. in Scania & Europæ borealis arboribus. In Gallia.

Magnitudo *sem. tritici*. *Antennæ ferrugineæ*, *longitudine corporis*. *Thorax carina postice elevata*. *Scutellum niveum*. *Coleoptra nigra*, *macula communi alba aquilam expansam quodammodo referente*. *Pedes ferruginei*,

Fur. 5. P. (carnacier) testaceus subapterus , tho-
race quatuor dentato , elytris fasciis
duabus albis.

Scop. carn. 210. buprestis fur.

Faun. suec. 651. cerambyx fur.

Enum. 3.

Fab. Ptinus. 4.

De Geer, vrillette carnaciere.

Geoff. la bruche à bandes.

Sulz. hist. inf. t. 2. f. 8.

Schæff. elem. t. 30.

Frisch. inf. 13. t. 15.

Hab. in Museis pessimus , destruens her-
baria , insecta , aves , pelles , utensilia ,
culinaria , imo pulverem tabaci ; non
pellitur ambrosiacis : occiditur arsenico
& alumine. *Kramer.*

Desc. Magnitudo pediculi. *Corpus* totum
testaceum. *Elytra* vero saturatius co-
lorata , super quæ duæ fasciæ albæ ,
quarum pectori propior in medio non
cohæret , altera ano propior retrorsum
arcuatur seu flectitur. *Abdomen* ova-
tum & convexum admodum est. *Thorax*
angustus mucrone utrinque prominulo ;
dum incedit anus terræ incumbit.
Medius quasi est inter dermestes &
cerambices , cum caput sub colle
retrahat & antennas non setaceas ,
sed filiformes Gerat. *Faun.* 657 & non
651.

Germanus. 6. P. (l'allemand) fuscus , thorace trans-
versim rugoso , pedibus ferrugineis.

Fab. Ptinus. 2.

Hab. in Germania. *D. Schreber.*

Facies P. *pertinacis* , sed minor. *Thorax*
gibbus , transverso sulcatus , *Elytra*
striata , *Pedes* subrubi.

Ex spec. D. Fab.

Longicor- 7. P. (à longues antennes) ater nitidus ;
nis. pedibus flavescens.

Hab. in Germania. D. de Hattorf.
Antennæ filiformes corpore longiores.

Latro. 8. P. (le larron) thorace bidentato, testaceus immaculatus.

Hab. Strasburgi. Mus. D. prof. Herman.

Scotias. 9. P. (à bandes) thorace lævi piceo, elytris connatis fusco-testaceis nitidis.

Geoff. La bruche à bandes ?

Hab. in ædibus. Europæ A. Mus. de Banks.
Elytra connata.

Ex Enum.

Seminulum. 10. P. (à pattes jaunes) apterus globosus, testaceus : antennis pedibusque tomentoso flavissimus.

Fere sphæricus.

Hab. in Farina, vifus Viennæ.

Ex op. D. de Geer.

Rufo- 11. P. (velu-roux) rubro-fuscus, villosus ;
villosus. oculis nigris.

Hab. in Europa.

Punctatus. 12. P. (pointillé) griseo-fuscus, elytris striatis punctisque excavatis.

Obs. Thorax in medio Gibbus.

Testaceo- 13. P. (fauve-velu) oblongus-griseo-
villosus. testaceus, antennis pedibusque rufis.

Hab. in Europæ plantis. Ad Cambonium frequens. V.

Obs.

Obs. Ad quod genus referret diu, incertus fuit *D. de Geer.*

Ex nost. Mus.

4. *Maculatus*. 14. P. (à quatre taches blanches) niger nitidus , elytris quatuor maculis albis quadratam figuram formantibus.
Hab. Circa Lugdunum. t. 1. f. 6.

GENUS V.

HISTER. *Antennæ capitatæ capitulo solidiusculo ; infimo articulo compresso , decurvato.*

Caput intra corpus retractile. Os forcipatum.

Elytra corpore breviora.

Tibiæ anticæ dentatæ. t. 1. f. 7.

Major. 1. H. (le patagon) totus ater , elytris substriatis , thoracis marginibus subtus pilosis.

Fab. 1.

Voet. scar. t. 31. f. 6.

Hab. in Africa & India. In Gallia Australi. V.

Obs. Simillimus hist. unicolori , sed duplo major.

Unicolor. 2. H. (d'une seule couleur) totus ater ; elytris substriatis. * *Scop. carn.* 30.

Faun. suec. 1. n. 410. *Coccinella atra glabra , elytris abdomine brevioribus margine inflexis.*

Sulz inf. t. 2. f. 8. 9.

Geoff. l'escarbot noir.

Schæff. icon. t. 42. f. 10.

Insect. Tomus I.

Fab. sp. 2.

De Geer, 1.

Enum. 68.

Müll. Linn. Nat. cl. v. part. I. p. 115.

Hab. in Europæ arena, terra, stercore.

In Gallia ubique. V.

Desc. Corpus quadratum, atrum, nitidum glaberrimum. *Elytra* abdomine breviora, parum truncata, glaberrima, integerrima, striis aliquot vix manifestis. *Thorax* lævis non striatus, sed linea excavata ambiente notatur. *Caput* omnium minimum, quod, terrefactus, totum intra thoracem retrahit, ac si decollatus esset, nec ut caput exerat, ullo tormento adigitur. *Os* forcipatum, dentibus duobus acutis. *Antennæ* clavatae, integræ. Posteriora abdominis truncata, glabra, elytris paullo longiora, obstusissima; variat magnitudine. *Faun.* 440.

Obs. 1. Varietas? Minor; defectu striarum differt; solum ad basin elytrorum quinque striæ oblique versus latus externum diriguntur quæ tamen elytri medium non attingunt. *Enum.*

Obs. 2. In meo musæo species diversa.

Pygmæus. 3. H. (le nain) totus ater, elytris lævissimis. *

De Geer, escarbott nain.

Enum. 71.

Müll. Linn. Nat. cl. v. p. 116.

Fab. sp. 5.

Schæff. icon. t. 42. f. 10.

Hab. in Suecia. In Gallia. V.

Desc. Minor est femine oryzæ & elytra minime striata sunt, quo a priori decuplo majore differt. *Faun.* 441.

Obs. Simillimus præcedenti, sed quadruplo

minor , at *elytra* minime striata , si non unica tantum striata arcuata.

Bimaculatus. 4. H. (à deux taches) ater , *elytris* postice rubris.

Uddm. diff. 20. *Coccinella* atra glabra , *elytris* abdomine brevioribus , maculis duabus rubris.

Geoff. & de Geer , escarbot à deux taches rouges.

Scop. ent. 31.

Schæff. icon. t. 3. f. 9.

— *Elem.* t. 24. f. 1.

Voet. scar. t. 31. f. 1.

Hab. in Europa. In Gallia sub stercore bovino. V.

Desc. Macula subovata fusco-ferruginea ad latera postica *elytrorum*. Magnitudine feminis oryzæ. *Faun.* 442.

Obs. Macula *elytrorum* & maculæ sequentis sæpe vix conspicua.

4. **Maculatus.** 5. H. (à quatre taches) ater , *elytris* bimaculatis. *

Gadd. satag. 76. *Scarabæus* ovatus niger glaber , maculis duabus rubris in sinuulo *elytro*.

Schæff. icon. t. 3. f. 9. & t. 14. *elem.* t. 24.

De Geer , l'escarbot à quatre taches rouges.

Enum. 66.

Fab. sp. 7.

Voet. scar. t. 31. f. 3.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Obs. In antica parte *elytri* macula rubra inæqualis , in postica vero macula rubra lunata , sæpe maculæ 2 ejusdem *elytri* cohærent in lineam.

Desc. Major est primo. Macula magna

ferruginea sublunata in singulis elytris, at in quibusdam est macula rubra inæqualis versus basin elytri & alia rubra versus apicem elytri. *Faun.* 443.

Ex spec. Fab.

Brunneus. 6. H. (le brun) ferrugineus, elytris substriatis.

Hab. in Sueciæ stercore.

Ex Hist. inf. paris.

Æneus. 7. H. (le bronzé) nigro-cupreus, capite nonnihil prominulo.

Fab. spec. 9.

Geoff. l'escarbot bronzé.

Variet. nigra, teste *Geoff.* Forte potius varietas hist. unicoloris. V.

Hab. in Fimo vaccino.

Ex Enum.

Bipustulatus. 8. H. (à deux points) ater, elytro singulo macula disci rubra.

Hab. in Viennæ stercore.

Obs. Tibiæ anticæ quadridentatæ, adeoque non hister 4. maculatus *Linn.*

42. Striatus. 9. (le strié) niger nitidus, elytris 12. striatis. t. 1. f. 7.

Hab. in Austria. In Gallia. V.

Desc. Nulla macula in elytris. Striæ sex a basi ad apicem per singula elytra decurrunt.



G E N U S V I.

GYRINUS. *Antennæ* clavatæ , rigidæ , capite breviores

Oculi IV : duobus supra , duo infra.

Natator. I. G. (le tourniquet) t. I. f. 8. substriatus.

Geoff. parif. I. p. 194. t. 3. f. 3.

Faun. suec. 779. *Dytiscus* ovatus glaber ;
antennis capite brevioribus , obtusis.

Scop. carn. 299.

Merret. pin. 203. *Pulex* aquaticus.

Pet. gaz. 21. t. 13. f. 9. *Scarabæus* niger
nostras , supra aquam velociter circumnatans.

Raj. in 89. n. 9. *Scarabæus* ▽ subrotundus
e cæruleo viridi splendente undique tinctus.

Ræfel. app. I. p. 195. f. 31.

Sulz. inf. t. 6. f. 43.

Poda inf. 44. n. 4.

Schæff. elem. t. 67.

Enum. 72.

Müll. Lin. Nat. cl. V. part. I. p. 194.

Fab. *Gyrinus*. I.

Schæff. icon. 134. f. 5. a. b.

Hab. in Europæ lacubus , in Galliæ aquis stagnantibus. Velocissime super aquas cursitans per orbis ; dum vero urinatur , bullam aeream , hydrargiri coloris , secum trahit.

Desc. Noster niger omnino est. *Pedes* autem flavi , lati , brevissimi. *Antennæ* clavatæ vel certe non versus apicem angustiores , nec quantum video , fissæ.

Faun. 779.

GENUS VII.

BYRRHUS. *Antennæ* clavatæ , subsolidæ , subcompressæ. *t.* 1. *f.* 9.

Scrophulariæ. 1. B. (de la scrophulaire) niger , elytris albo maculatis futura sanguinea.

Faun. succ. 429. Dermestes tomentosus maculatus , futura elytrorum rubra.

Scop. Derm. variegatus 41.

Fab. Anth. 2.

De Geer , *Derm.* 6.

Geoff. anthrene à broderie.

Sulz. hist. inf. t. 2. *f.* 11. *h.*

Schæff. elem. t. 17.

— *icon. t.* 176. *f.* 4.

Enum. 73.

Müll. Lin. Nat. cl. v. p. 119.

Hab. in Scrophulariis Europæ. In Gallia frequens.

Desc. Raj. descriptio optima est. *Abdomen* album. *Corpus* ovatum. *Thorax* latus , convexus. *Elytra* nigricantia , albedine adspersa. *Sutura* elytrorum tam inter se , quam illa cum thorace , rubra. *Antennæ* clavatæ , integræ , nec fissæ. Hæc & insequens a reliquis facie tota recedunt , cum quasi hirsutæ sint , nec margine elytrorum conspicuo aut reflexo notentur. *Faun.* 429.

Museorum. 2. B. (des cabinets) nebulosis , elytris subnebulosis puncto albo.

Faun. succ. 430. Dermestes tomentosus maculatus , elytris puncto albo.

De Geer , *Derm.* 7.

Fab. Anth. 3.

Geoff. Anth. *amourette*, de *Geer* teste;
Sed sequens.

Hab. in Museis, insecta avesque destruens.
Similis præcedenti, sed minor absque
futura rubra.

Desc. Tota nigra est hæc species, ex
punctis vix conspicuis, fuscis & albis
nebulosa facta. *Thorax* utrinque versus
basin maculam albam fert, & duo
puncta alba majora in medio elytrorum,
in singulo unicum; subtus tota
albicat, thorax, caput & antennæ
nigra. *Laun.* 430.

Verbasci. 3. B. (du bouillon blanc) fuscus, elytris
fasciis tribus undulatis pallidis.

Fab. Anth. 4.

Geoff. 2. Anthr. *amourette*.

Hab. in Verbasco & pimpinellæ floribus;
Thorax postice pallidus. *Frons* nigra.

Pilula. 4. B. (pilulle) fuscus, elytris striis atris
interruptis.

Faun. suec. 427. *Dermeestes* tomentosus
ovatus fusco nebulosus.

Fab. B. 1.

De Geer, Derm. 8.

Geoff. la cistele satinée.

Schæff. elem. t. 45.

— *icon. t.* 95. f. 3.

Hab. in Europa. In Gallia.

Genus cum præcedentibus idem suadent
habitus & femora, licet antennæ non-
nihii differant.

Obs. Singulare insectum ambagiosum &
insigne: forsan genus proprium ut
putat *D. Geoff.*

Desc. Descriptio Linn. forte insufficiens.
Ex op. *D. de Geer* sumam. Supra nigro-
ferrugineus cum mixtura viridi-æneæ.

Fasciis longitudinalibus in singulo ely-
tro, maculis obscuris interruptis. *Elytra*
villosa, pilis subulatis nigra. *Thorax*
convexus, non marginatus, subulatus
ad angulos, in parte anteriore minor.
Elytra pectoris latera tegunt. *Alæ* al-
bidæ. *Antennæ* thoracis longitudine
thoracem inter & femora absconduntur.
Caput retrahitur in cavitate sub parte
squamosa triangulari. Variat magni-
tudine.

Vagus. 5. B. (le vagabond) cinereus, elytris fas-
ciis nigris tribus obsoletis.

Hab. in Europa.

Ex spec. Fab.

Æneus. 6. B. (le bronzé) totus æneus.

Hab. Upsaliæ.

Scutellum albidum.

Desc. Simillimus Byrr. pilulæ at triplo
minor Supra totus æneus, subtus
murinus.

Varius. 7. B. (le varié) niger thorace æneo, ely-
tris fuscis, striis tribus abbreviatis vi-
ridibus nigro maculatis.

Hab. in Anglia. Mus. D. Banks.

Ex Entom. parif.

Ater. 8. B. (le noir) Subvillosus, ater, fascia ely-
trorum transversa aurato-fusca. t. I. f. 9.

Schæff. icon. t. 238. f. 6.

Fab. B. ater.

